



3506.

5

1680, 16 20

DISPUTATIO LEGALIS  
 De  
**FIDEICOMMISSIS**  
**UNIVERSALIBUS,**

*Quam*  
 FAVENTE NUMINE  
 PRÆSIDE  
 VIRO

*Magnifico atque Præ-Nobilissimo*

**DN. NICOLAO CHRISTO-**  
**PHORO LYNCKERO,**

Jcto Famigeratissimo, Consiliario Ducali Saxonico, An-  
 teessore ac Collegii Jurid. Seniore, ut & Curia Provinc. Scabinatûs  
 & Facultatis Juridicæ Assessore gravissimo,

Domino Patrono ac Studiorum suorum Promotore perpe-  
 tuo observantiæ cultu ætatem profe-  
 quendo,

*Publico eruditorum examini*  
*subjicit*

A U T O R  
**CHRISTIANUS HIERONYM. Mühlpsfort/**

J E N E N S.

d. Mart.

ANNO M DC LXXX.

JENÆ, Typis JOHANNIS NISI.

8

Brief  
testum

seant?

nnun-

legio,

solet:

Disp.

Der

d Ro-

Ho in-

. c. 2.

detur

exi-

cen-

uti-

verius

perti-

gal ab

rique

najo-

a mi-

nori-

fisci

feu-

mit-

plere

7.





DISPUTATIO LEGALIS

FIDELICOMMISSIS

UNIVERSALIBUS

FAVENTE NUMERO

P R E S I D E

V I R O

Magistro Johanne Fr. V. Magistro

DMNICO A O CHRISTO

PHORO TYNCKERO

Joh. Farnberger, Consilio Ducis Saxonico, An-

teborum Collegii Juris Senioris, et Curatoris

et Publici Juris Professoris

Domino Patrone ac Superiori Juris Prætoris perpe-

tuè observantia curavit, prole-

quendo

Publico et legitimo consensu

Publici

A U T O R

CELSSTANNIS BERONVM


LE N I S

ANNO M DC LXXV

Joh. Johannis







B. C. D.

# CAPUT I.

De

## Fideicommissorum Origine.

**P**hilosophia Cultoribus non incognitam, variosque sapientia fructus parturientem distinctionem *Entis in Naturale & Morale* absurditatis recte argui, non infrequens est traditio. Verum enim vero (dicam liberius) negativae illius doctrinae felicem rationem haud invenio; nec video. Maximè, cum veritati nil magis sit conveniens, quam quod illius falso reprobatae distinctionis usus docenti pariter ac discenti plurimum conducatur. Cujus assertionis veritas, nisi instituti nostri ratio repugnaret, infinitis rerum argumentis demonstrari facilius posset. Ut proinde eorum, qui pro *Moralium Entium* existentia contendunt, sententiae suffragari nullus dubitem. Et sanè inter alia exquisitiora *Moralium Entium* exempla *Fideicommissum* (formaliter spectatum) non ineptè referimus. Utpotè cum substantiam illud suam omnem à dispositione juris acceperit. Cujus verò juris auctoritati Fideicommissorum origo adscribenda sit, meritò inquirimus? Et me brevissimis ut expediam, dicendum puto: *Fideicommissa, quoad specificam Formam, Romani seu Civilis Jur. Civ. juris esse.* Idque arg. l. 6. pr. ff. de J. & J. L. 1. C. de her. A 2 inst.

*Qv. An  
Ens in Na-  
turale &  
Morale  
rectè di-  
vidatur?*

*Aff.*

*Fideicom-  
missa sunt*

*Romani seu Civilis Jur. Civ.*

*juris esse.*





*Inst.* Et pristinis quidem illis temporibus, cum à sola fide ac pudore gravati hæredis penderent, nec obligationem (civilem) à parte Fiduciarii, nec actionem à parte Fideicommissarii producerent, spe impunitatis freti, tam perversi atque perfidi in Republ. Romana reperiebantur, qui ultimam testatoris voluntatem defraudantes, indevote res adibant, & percipiebant, & Fideicommissa non præstabant. Quod cum legi naturali ac rationi congruum haud esset, *arg. l. 1. C. de SS. Eccles. l. 5. ff. Testam. quemadm. ap.* sacratissimus Imperatorum Augustus, à Lucio *Lentulo* in Africâ decedente rogatus, ut ex amicis suis quibusdam domos ædificari curaret, *test. Myns. in pr. f. de Codic.* ultimo disponentis arbitrio satisfactorius, hoc adimplevit. Cujus augustissimi Principis exemplum & reliqui Cives postea sunt secuti. Et quoniam justum ac populare id erat, Imperator, ad necessitatem juris Fideicommissa trahens, Consulibus, ut in futuris Fideicommissorum causis autoritatem suam interponerent, specialiter demandavit. §. 1. *f. de Fideic. hered. pr. f. de Codicill.* Denique illorum favor tantus factus est, ut, iis in assiduam jurisdictionem converfis, à Divo Claudio duo Prætores, qui de istis jus dicerent, instituti fuerint. *l. 2. §. 32. ff. de O. f.* E quibus alterò à Tito Imp. subtractò, penes unum hæc de materiâ juris dicendi potestas remansit. *d. l. 2. §. 32. ff. de O. f.* Et quanquam verbis *L. XII. Tabb. uti legasset rei sue, ita jus esto*, latissima potestas tributa sit, & hæredis instituendi, & tutelæ constituendi, & legata relinquendi, *per L. 120. ff. de V. S.* appellatione autem Legati Fideicommissum quoque contineatur; *l. 87. ff. de leg. 3. a-* deoque, cum eadem jam temporibus *LL. XII. Tabb.* floruerint, illorum natales Augusto falsò adscribi videantur: *R.* Tantum tamen abest, ut hæc argumentatione contrarium quis demonstraret, nosque cujusdam falsi convincat. Tota enim



enim res videbitur decisa, modò potestatem fideicommit-  
tendi à fideicommissorum obligatione, usu & efficacia di-  
stinguamus. Illam, quæ ad genericam Fideic. formam,  
pertinet, vetustissimâ XII. Tabb. lege competere non ne-  
go; Hanc verò ab Imp. Augusto procedere, constanter as-  
fero. Equidem, sicut Testamenta, ita quoque Fideicom-  
missa *Juris Gentium* esse, multi profitentur: Quorum ta-  
men opinio nostræ veritati nil quicquam detrahit. Quip-  
pe quòd si non *Efficienter*, sed *subjectivè*, h. e. quoad usum  
gentibus, distributivè spectatis, communem, Fideicom-  
missa accipias, quin etiam *Juris Gentium* eadem dici pos-  
sint, nemo est, qui dubitet. Et hæc de Origine Fideicom-  
missorum dixisse sufficiat. *conf. DONELL. in Comm. L. 7. C.*  
*15. ibiq; HILLIG. ALEX. DE IMOLA Rubr. ff. de Leg. 1. n. 8.*

Quomo-  
do Fidei-  
commissa  
J. G. di-  
cantur.

## CAPUT II.

### Fideicommissi Definitio, (tàm No- minalis, quàm Realis,) Divisio, ejus Diffe- rentia & usus.

**S**icut extrà omnem dubitationis aleam positum est,  
res esse plures quàm verba. *l. natura ff. de P. V.* Ita &  
nemo non se mihi quàm facillimè accommodaverit,  
ingentem rerum copiam esse, quas non propriis, sed ali-  
unde commodatis appellationibus notemus. *SENEC. l. 2.*  
*de benef. C. 34. n. 10. p. 43.* Quod vel maximè è Fideicom-  
missi vocabulo unicuique constabit. Etenim (1.) tàm  
*latè* sumitur, ut ad omnes actus inter vivos, quibus de non  
alienando paciscimur, à Dd. trahatur, teste ANTON. DE PE-  
TRA *tr. de Fideic. 2. 4. p. 30.* (2.) Pro pacto successorio;  
quod Fideicommissum Conventionale appellant. ANTON.  
DE PETR. *c. l. Aus: Pacta successoria J. C. penitus ignota,*  
A3 & cum

(1.)

(2.)

obj.



& cum bonis moribus adversentur, prohibita fuisse. *l. fin. C. de Pact. l. 61. ff. de V.O. l. 4. C. de Inut. stip.* Qui ergo dici poterit, quod Fideicommissum nonnunquam Pactum de succedendo significet. Non Entis enim nulla sunt prædicata: & negatâ Substantiâ, negatur etiam Accidens.

R. 1.

Sed verò acceptio illa non tam ex Civili & Romano, quam nostro jure natales suos accepit. Quò utique pacta illa de succedendo valore suo firmiter constant. *Magn. Dn. STRUV.*

R. (2.)

*Ex. 6. th. 44.* Quid? quòd & juris Civilis definitio, successionis conventiones improbens, multis omninò modis vitietur, officiumque suum perdat, *v. l. fin. C. de Pact. l. 19. C. eod.* ut adeò patefcat, dictam significationem aliquo modo, quatenus scilicet Pacta ejusmodi permissa fuerint, civili etiam juri convenire. Porro solet accipi

(3.)

vel *Causaliter*, vel *Effectivè*: *Causaliter*, vel *Objectivè* seu *Materialiter*, vel *Formaliter*. OBJECTIVE pro ipsâ re, quæ per dispositionem ultimam ab aliquo nobis relinquitur. *l. 2. ff. de leg. 1. l. 21. §. 2. ff. de leg. 3.* FORMALITER pro ipsa defuncti sententia, qua hæredem rogat, ut alteri quid det vel faciat. *Effectivè* pro jure, quod vi illius dispositionis Fideicommissario competit. Idque vel est *ad rem*, vel *in re*. Illud ante restitutionem; hoc verò post restitutionem Fideicommissi enascitur. De quibus suo loco plura mone-

ἱερολογία

bimus. Cur ita dicatur non modò ex suprâ dictis facile deprehendimus; verùm etiam ab Imp. Justiniano *in S. 1. J. de Fideic. bar.* addiscimus. *Et ideo, ait, Fideicommissa appellata, quia nullo juris vinculo, sed sola fide ac pudore continebantur. Et in S. fin. J. eod. Et quia Fideicommissorum cunabula ab hæredum fide pendent, Et tam nomen, quam substantiam acceperunt.* Nunc ad Realem Definitionem ut

Definitio.

transgrediar, ratio tractationis nostræ exigit. Et *aliter* ab HARPER. *V. 1. D. 29. §. 1. aliter à CÖPP. l. 1. Obj. Pr. 157. n. 1. f. 464.*



f. 464. aliter ULPIANO in *Fragm. tit. 25.* aliter CUJACIO in  
*Papin. ad l. 6. ff. de vulg. & pup. subst. p. 230.* aliter ab aliis  
Dd. definitum Fideicommissum invenimus. Quid verò <sup>In genere</sup>  
in Genere sit, à veteribus LL. conditoribus, ne quidem <sup>d. finiri</sup>  
nostris interpretibus, traditum haud reperire licet. Nec <sup>non potest</sup>  
enim generalem Definitionem ejus formare potuerunt:  
neque nos. Ecce, quæ sò varias significaciones vocis & <sup>Ratio.</sup>  
ambiguitates. Equivoca verò, ut Philosophus docet, defi-  
niri possibile non est. Veruntamen, ut ne in suscepto  
labore monitum Oratoris (*l. 1. de Offic. p. m. 7.*) neglexisse  
videar, diversas distinguamus significaciones, & Vocabulò  
in Formali sensu acceptò, definiamus:

*Fideicommissum* est ultima defuncti dispositio, quã  
hæreditas, vel ex eã determinata pars precativis  
verbis alicui relinquitur.

Quot Fideicommissorum Species sint, ex præmissã <sup>Divisio</sup>  
definitione nemo non cognoscet. Et quanquam <sup>falsa</sup>  
ALEXANDER DE IMOLA in *l. grege. 21. ff. de leg. 1. n. 2.* ejus-  
demque assecla PRATEUS in *lex jur.* tres Fideicommissi spe-  
cies, *Universale* sc. *Generale* & *Particulare* constituent: illis <sup>Rat. Dec</sup>  
tamen haud accedo. Namque id, quod *Generale* dici vo-  
lunt, ad alteram, *Particularis* puta, speciem refertur. §. 10.  
*J. de legat.* Veræ autem divisionis membra inter se oppo-  
sita esse debent. Rectius igitur (ab objecto) in *Universa* <sup>Vera</sup>  
*& Particulare* dividitur per *text. notabil. l. 32. C. de Fideic. l. 1.* <sup>in Univ.</sup>  
*13. C. de SS. Eccl. l. ult. §. fin. C. de bon. qua lib. §. fin. J. de* <sup>& Part.</sup>  
*Fideic. har. Novell. 1. C. 1. pr. Universale* est, quando hæredi-  
tas vel ejusdem pars precativè ab aliquo relinquitur, *l. 8. C.*  
*ad Sct. Treb. l. 13. C. de SS. Eccles. Particulare*, quando ex  
hæreditate res particularis à testatore precariis verbis re-  
linquitur. *pr. J. de Sing. reb. per Fideic. Magn. Dn. STRUV.*  
*Ex. 35. §. 25.* Et particularia illa Fideicommissa olim à  
lega-



legatis maximè differebant, ut *latè* ULPIAN. *Tit. 25. CAJ. In-*  
*stit. l. 2. Tit. 2. HARP. §. 3. J. de leg. & ZAS. in l. 1. ff. de leg. 1.*  
 hodiè tamen ab Imp. Justiniano, quoad Effectum, & qua-  
 tenus rei qualitas voluntasque defuncti permittunt, per  
 omnia plenissimè sunt exæquata. *l. 2. C. Comm. de leg. §. 3.*  
*J. de legat. §. fin. J. de Obl. ex quasi Contr.* Ab Universalibus  
 autem & novò jure toto cœlo differunt. Sic (1.) in  
 universalibus hæres hæreditatem, quam suspectam dicit,  
 adire Decreto Magistratus compellitur. *§. 7. J. de Fideic.*  
*bar. l. 4. ff. ad SCt. Treb.* Quod in specialibus Fideicom-  
 missis secùs esse, leges nos informant. *l. 16. §. 2. ff. d. t. Bus.*  
*in l. 22 ff. eod. n. 1. p. 308. TUSCH. Tom. 3. Concl. Pr. 227. n. 3.*  
*lit. F. Concl. 274. n. 3.* Cujus diversitatis rationem, eam-  
 que vivam & naturalem, tradunt BARTOL. *in l. 14. §. non om-*  
*nis. ff. ad SCt. Treb. fol. 252. CASTRENS. ad l. 6. ff. eod. n. 1.*  
*f. 152. AZO in Summ. C. eod. n. 6. f. 695.* (2.) In illis gravata  
 persona Trebellianicam, *l. 22. ff. & t. t. C. de SCt. Treb. Nov. 1.*  
*C. 1.* In his Falcidiam, detrahit. *t. t. ff. & C. de L. Falc.*  
 ANTON. PEREGRIN. *de Fideic. art. 3. n. 14. f. 35.* (3.) Fidei-  
 commissarium Universalem omnia hæreditatis onera, pu-  
 blica & privata, oportet sustinere. *§. 5. 7. J. de Fid. bar.* A qui-  
 bus omnibus singularis Fideicommissarius est liber. Nam-  
 que sicut legata ad legatarium: *§. 9. de Fideic. bar. ibi: quasi*  
*ex legato:* Ita Fideicommissa Particularia sine onere perso-  
 nali ad Fideicommissarium: transeunt. Æquiparata enim  
 eodem jure semper gaudent. Adhæc æs alienum non  
 particulares ac res determinatas respicit, sed universum  
 patrimonium imminuere solet, *l. 50. §. 1. ff. de Jud. ac to-*  
*tius successoris onus est. l. 15. C. de Donat. add. l. 7. C. de hæ-*  
*red. act. MOLINA de J. & J. Tom. 1. Tract. 2. Disp. 187. n. 1. f.*  
 788. (4.) Illius dominium ante restitutionem non acqui-  
 ritur. *l. 37. l. 63. ff. SCt. Treb.* Hujus autem ipso jure ad Fi-  
 dei-



deicommissarium transit. Ipsi enim, restitutione non-  
dum factâ, R. Vind. iudicium conceditur. *l. 2. C. Comm. de  
leg. Quæ actio fundamenti loco unice dominium præ-  
supponit. l. 23. pr. ff. de R. V. JASON. §. omnium. J. de Act. n.  
66. f. 36.* Hæc aliaque plurima, quæ brevitatis studio præ-  
terire juvat, tanti sanè momenti sunt, ut vel invitum ar-  
ripiant, confiteri, non vulgarem divisionis hujus discre-  
pantiam & utilitatem esse.

### CAPUT III.

## Universalis Fideicommissi Defini- tio, ejusdemque Character.

*In Specie  
de  
Universa-  
libus.*

**V**enio nunc ad intrinsecam Universalium Fideicom-  
missorum naturam, quam specialiter indagabimus.  
Et quanquam jam *C. 1.*, quid Universale Fideicom-  
missum sit tetigerim; pleniùs tamen hîc, & essentialiter  
definitio:

*Est ultima defuncti voluntas testatò vel ab intestatò pre-  
cativè facta, ad hoc, ut hæres gravatus alteri hære-  
ditatem totam vel ejus partem restituat.*

*Definitio.*

Sicut à commentationis initiò Fideicommissum  
*Formaliter* vivimus acceptum: ita & Universale eodem  
ipso sensu definiendum putavi. Definiti nostri *Genus* idem  
est quod Fideicommissi in genere considerati, *sc. Ultima* *Genus.*  
*defuncti voluntas.* Tota enim natura Generis in quâlibet  
specie continetur; adeoque non potest non Generis *Genus*  
de Speciebus prædicari. *Differentia Specifica* desumitur ab *Differen-*  
*Objecto.* Idquod Entibus Moralibus est commune, *ut* *tia Specif.*  
*Magn. Dn. SCHILTER. in prax. Anal. in Jurispr. C. 3. §. 32 fin.*  
*p. 5. me docuit. Objectum, ait, & materia circa quam ap-*  
*pella.*

*B*

*pella.*



pellatur. Unde potissimum & frequentissime rerum moralium differentia specifica ac determinationes dependent. Obiectum verò Fideicommissi Universalis est hæreditas, vel ejusdem pars. Et bene hîc distinguendum puto inter partem hæreditatis, & partem ex hæreditate. Illa Universale, hæc Particulare Fideicommissum constituit. Sit ergò

**Regula**

Universalis Definitio ac Regula: Quoties è dispositione ultimâ constat, mortuum de Universali tota vel quotâ successione sensisse, toties Fideicommissum Universale est per l. 13. C. de SS. Eccl. Nov. 1. C. 1. pr. Conf. PAUL. DE CASTR. in l. 14. §. non omnis. ff. ad SCt. Treb. f. 252. ALEX. DE IMOLA l. si quis. ff. eod. n. 1. f. 135. MOLINA de J. & J. Tom. 1. Tr. 2. in Disp. 182. n. 12. f. 760. Utrum verò de Universali successione defuncto sensus fuerit, ex ordinationis verbis, rerum

**Casus**

vel jurium universitatem designantibus, colligi oportet. Inde si patrimonium, si facultates suas, si censum, si fortunas, si substantiam, si peculium, si quicquid habet, ab aliquo defunctus alicui relinquat, num Universale hoc sit, ambigitur? Et quanquam in quibusdam ex his eminentissimus Jctorum Mæcianus dubitans, utrum de pecuniâ tantum, an de successione testator senserit, voluntatis quæstionem esse responderit: Ulpiani tamen, ut verior atque benignior, sententia obtinuit, quòd ista verba de Fideicommissaria successione sint accipienda. l. 16. pr. ff. SCt. Treb.

**Casus (2.)** add. l. fin. C. de V. S. MENOCH. l. 4. Præf. 67. n. 22. Sin verò pars bonorum (Ein Theil von seinen Güthern) per Fideicommissum relinquitur, non Universale, sed Particu-

**Rat. Dec.** lare nominandum puto: per text. expr. l. 9. ff. de leg. 2. Namque talismodi Fideicommissarius à defuncti debitorum exactione planè tutus, nullo omnino judicio pulsari ac molestari potest: Cùm interpretatione legum bona, quæ lucrativo titulo ad aliquem vel perveniunt, vel certè acquirenti lucro esse debent, non nisi alienò ære deducto intel-



intelligentur. *l. 39. § 1. ff. de V. S.* Et ita in Terris BAR-  
TOL. *in l. 8. §. ult. ff. de leg. 2. Col. 4. n. 2. f. 253. Nec Obst. (1.)*  
*l. 208. ff. de V. S. (2.) l. 16. §. 1. §. 3. ff. Sct. Treb.* Sed pone: *Casus (3.)*  
Caj9 hæredi suo mandat, Sempronio tam mobilia quàm  
immobilia bona sua ( *Alle seine bewegliche und unbeweg-  
liche Güther / oder: Alle sein Fahrniß und liegende  
Gründe/* ) restituere, num Universale dicendum? *Mini- Ratio (1.)*  
mè. In bonis enim mobilibus & immobilibus oblique  
substitutus in certâ parte substitutus est. Siquidem nomina  
& actiones, tanquam tertiam speciem constituentes, mo-  
bilium & immobilium bonorum nomine haud veniunt.  
*l. 7. §. 4. vs. vicarios. ff. de Pecul. l. 86. pr. ff. de leg. 2. l. 92. ff. de  
leg. 3.* BARTOL. *in l. 15. §. tertio. ff. de vulg. subst.* Quid? *Ratio (2.)*  
quòd si is, qui bona mobilia & immobilia ex defuncti ordi-  
natione directò acquirat, Specialis legatarii nomen & jura  
mereatur, ut latè ALEXAND. *Vol. 1. Conf. 54. Col. 4. in med.*  
quî fideicommissarium, eadem oratione substitutum, Uni-  
versalem dicamus? CRAVETTA *in tit. ff. de leg. 1. n. 98. p. 673.*  
SCHNOB. *D. 17. §. 5. PEREGRINUS de Fideic. art. 5. n. 43. p. 89.*  
*ubi Except. per l. 16. §. 6. ff. Ad Sct. Treb.* Quæ positio si- *Ampl.*  
cut Romano jure summâ veritatis ratione nititur: Ita Sa- *Jur. Sax.*  
xonico, moribusque nostris, ob identitatem rationis, idem  
obtinere, habeo mihi persuasum. Enimverò licet  
à Sax. Juris conditoribus communi ore tradatur, debito-  
rum nomina tertiam bonorum speciem in Sax. foro non  
constituere; sed rerum, quarum nomine comparatæ sint,  
naturam sequi. HAHN. *ad W. π. de R. D. n. 4. p. 127.* CARPZ.  
*P. 3. C. 23. D. 8. n. 8.* certò tamen certius est, thema illud  
absolutâ & irrestrictâ veritate non niti, sed substratæ mate-  
riæ rationem præprimis hîc habendam esse. Unde sicut  
in Testamentis, PANORMIT. *in C. 5. vs. & ideo. X. de reb. Eccl.*  
*non alien. n. 9.* Legatis ac Fideicommissis, mobilium &  
immobi-



& immobilium bonorum voce communi jure nomina  
haud continentur: SPECULAT. tit. de Fructibus §. scias. 1. n. 5.  
Ita quoque, cum sine Lege loqui erubescamus, Nov. 18. C.  
5. pr. nec unquam mutatio legis atque correctio præsumatur,  
l. 32. §. 6. C. de appell. idem in foro Sax. judicium hoc  
de articulo ferendum autumo.

#### CAPUT IV.

### Fideicommissi Universalis Divisio, e- jus Exempla, Nota, & Usus.

**E**T hoc Fideicommissum Universale in EXPRESSUM &  
TACITUM dividitur. Illud est, quando defunctus vul-  
garibus & usitatis Fideicommissi verbis, (volo, man-  
do, rogo, l. 7. ff. de vulg. subst. §. fin. l. de sing. reb. per fideic.)  
expressè alteri hæreditatem, vel quotam, relinquit. l. 16. ff.  
de fideic. libert. Hoc, ubi defunctus communibus formu-  
lis, voluntatem speciatim exprimentibus, usus quidem  
non est, ex variis tamen quæ concurrunt circumstantiis  
eadem autoritate juris præsumitur. Quam posteriorem  
speciem utut *A. Faber* gravissimè impugnaverit; non ta-  
men expugnavit, multò minus palmam tulit. Siquidem  
non pauca, & penè infinita, Tacitorum Fideicommissorum  
Exempla in Jure nostro scripta sunt. Sic si testator ita ca-  
vit: *ut Cajum vel Sempronium heredem institutus faciat.* (*Ex  
möchte doch Cajum auch einsten bedencken / und zu sei-  
nem Erben einsetzen*) Hoc ipso videtur illi demandasse, ut  
hæreditatem suam, vel quicquid ex illâ percepit, Cajo vel  
Sempronio restituat. per text. l. 17. pr. ff. Sct. Treb. ibiq;  
BRUNN. n. 1. GOMEZ. var. Res. Tom. 1. cap. 5. n. 2. f. 66. Item,  
si defunctus filium filiamque habens de filia sua in Testa-  
mento ita dixit: *Mando tibi, donec liberi tibi sint, non testa-*  
ri,

*Taciti Fi-  
deic.*

*Casus (2.)*



ri, eam rogasse pater censetur, post obitum à se jam descen-  
dentem hæreditatem superstiti fratri relinquere, ut in fa-  
cto respondit Jctus in *l. 74. pr. ff. Sct. Treb. ibiq; gloss.* Ne-  
que contra nos pugnat *l. 77. §. 24. ff. de leg. 2.* Pater enim Obff.  
in Casu *l. 77.* non animò disponendi, sed, pro salute filia R.  
sollicitus, consulendi tantum, testamentum condi prohibuit.  
BRUNN. in *l. 74. ff. ad Sct. Treb. n. 2. ibiq; alleg. Dd.* Et quan-  
quam à nostra quodatenus diversam obst. Legis explica-  
tionem eligat PACIUS *Cent. 6. Q. 17. p. 521.* Illam tamen,  
cum expressæ dispositioni legis repugnare videatur, peni-  
tùs improbandam duco. Nec inelegantem taciti Fidei-  
commissi speciem proponit Papinianus in *l. 69. pr. ff. de leg. Casus (3.)*  
*2. Peto, Luci Titi, contentus sis 100. aureis, Fideicommissum*  
*valere placuit, & rescriptum est &c.* Et Ulpianus in *l. 11. §.*  
*4. ff. de leg. 3. Fideicommissum esse arbitramur: Contentus*  
*esto illare.* Porrò quis est, qui neget, quòd ex ultimò te- Casus (4.)  
statoris iudicio: *de non alienando extrà familiam (cæteris*  
*paribus)* Fideicommissum non resultet? Hoc verò Tacitum esse,  
vel ex eò solo apparet, quòd non ex speciali & expressa  
defuncti lege, sed prohibitione alienationis extrà familiam,  
conjecturatà ejus voluntate ac mente, illud inducatur. Ut  
scilicet, si, ordinatione testatoris contemptà, prohibitioni  
contraventum, ac res per contractum aut legatum in extraneos  
translata fuerit, illa, in alienantis poenam, jure Fideicommissi  
Familiæ acquiratur. *l. 69. §. 3. ff. de leg. 3.* Et hoc de Fideicommissò  
elegantissimè non minus quàm solidè proficitur BESOLD, *P. 1. Conf. 9. & 12. fol. 263. ad*  
*285.* ANTON. DE PETR. *tr. singulari de Fideic. BARTOLUS in*  
*l. 69. §. fratre ff. de leg. 3. fol. 266.* Sunt & plures tacitorum  
Fideicommissorum casus, quos omnes recensere chartæ-  
que demandare angustia temporis non patitur. vid. CARPZ.  
*P. 3. C. 7. D. 8. & 27. DONELL. L. 7. Comm. C. 17. HAHN. ad Wesf.*



*π. de leg. 1. n. 8. GRASS. lib. Sentent. §. Fideic. Q. 4. n. 13. seqq. p. 284. MENOCH. de Pras. l. 4. Pras. 68. f. 147. TUSCH. Tom. 3. Concl. 70. lit. H. fol. 150. AZO in Summ. C. de Fideic. fol. 686.*

*Regula.*

Prætereà benè observandum, quòd hæreditaria bona in dubio successori liberè data credantur, & Fideicommissi spes lubrica sit & vana. Animus enim ac voluntas testatoris,

*Ratio.*

hæredem successionis commodo beare volentis, oneris omnis præsumtionem extinguit. MENOCH. *de Pras. l. 4. Pras. 68. n. 1. f. 147.* Ex quò sectarii loco consequitur, quòd, nisi

*Quæ verba sufficiant.*

verba & sufficientes conjecturæ adsint, Fideicommissum nullo modo inducatur. Cœterùm nil interest, utrum dispositivis, an Enunciativis verbis testator usus fuerit.

BARTOL. *in l. 67. ff. de leg. 2. fol. 261.* Hic enim sola defuncti mens ac voluntas spectatur. *l. pen. ff. de leg. 1.* Inde ver-

*1. Exempl. Volo.*

bum *VOLO* s. *VELLEM*, Fideicommissi jure gaudere, rectè nos concludimus. Etsi enim verbum: *Volo* simpliciter & in actibus in continenti perficiendis regulariter dispositionem nullam faciat: certissimi tamen & indubitati juris est, eam in voluntate ultima hòc ipsò verbò induci. BARTOL. *in l. 5. ff. de leg. 1. n. 4. f. 225. & l. 27. §. propos. ff. de leg. 3. p. 284.*

*2. Exempl.*

Quid si testamento suo maritus Clausulam adjecerit: *Non dubitare se, quodcunque cœpisset, liberis suis reddituram?* Hæc verba pro Fideicommissò accipienda esse, ex sacro Imp. Marci Rescripto reliquit notatum Papinianus *in l. 67. §. 10. ff. de legat. 2.* Et idem in praxi obtinere, præjudicio quodam testatur CARPZ. *P. 8. 3. C. 7. Def. 27.* Summatim verba omnia cupiditatem ac desiderium defuncti denotantia pro Fideicommissò inducendo sufficiunt Magnif. Dn. Henr. Balth. ROTH *in Colleg. Publ. ad Inst. tit. de Heredit. fideic. Cas. 27. & Disput. de Vini nov. leg. Qv. 1. num. 19.*

CAP-



## CAP. V.

De

Subjecto Activo, tam positivè,  
quàm privativè.

seu

Qui Fideic. Univers. relinquere pos-  
sunt vel non.

**P**orrò quærenti, quinam talia Fideicommissa possint  
relinquere, universalem tradit regulam **ULPIANUS** *in Reg. 1.*  
*l. 2. ff. de Leg. 2. §. 4. Quicumque jus te-*  
*standi (tempore mortis inspecto) habet, ille etiam Fideicommissi*  
*relinquendi jure gaudet.* Inde sicut pro impubere filio in-  
potestate constituto pater pupillariter, *pr. l. de Pup. subst. t.*  
*t. ff. de vulg. §. pup. subst.* sicut pro mente captis, furiosis,  
mutis atque prodigis mater & avia exemplariter testari: *l. 9.*  
*C. de Imp. subst. §. 1. l. de pup. subst. ibique MENS.* Ita quoque  
legitimis filiorum successoribus demandare possunt, ut il-  
lorum bona certis personis restituant. *per l. 92. 93. ff. de Leg.*  
*1. l. 67. §. 10. ff. de Leg. 2. l. 22. ff. de adopt. add. BRUNN. in l. 92.*  
*ff. de Leg. 1. n. 9.* Altera regula est: *Cui testandi potestas le-* *Reg. 2.*  
*ge vel natura denegatur, ei neque per Fideicommissum aliquid*  
*relinquere permittitur. l. 1. pr. §. 1. ff. de leg. 1. CÖPP. l. 1. O. 157.*  
*n. 2. PAUL. de CASTR. d. l. n. 2. f. 135. SCHNOB. Disp. π. 18. tb. 1.*  
De quo enim negatur Genus, de eo etiam negantur omnes  
ejus Species. Nec sanè quicquam interest, sive *expressè*, s.  
*tacitè* hereditas sit relinquenda. Utpote cum alioquin  
prohibitio LL. hâc in re foret elusoria. Quid? quod quan-  
do de exclusionem vel privationem agitur, non major sit vir-  
tus taciti, quàm expressi: *CARPZ. Dec. 11. §. n. 17. p. 286.* Et fun-  
damentum



*Lim. 1.  
in Capite  
damnatis.*

damenta hæc juris ac præcepta tanta munito sunt valore,  
ut fallentiam eorum neget PEREGR. *de Fideic. art. 1. n. 7. f. 3.*  
Quapropter tantum abest, ut impuberis, furiosi, pupilli,  
prodigi, mente capti, hæretici, Apostata, venefici, capite  
damnati, peregrini, filii familias, aliorumque Fideicom-  
missariae dispositiones subsistant, ut potius pro nullis, irri-  
tis & inutilibus proclamantur. *t. t. ff. Qui test. fac. poss.*  
MAGN. DN. STRUV. *Ex. 32. tb. 7.* SCHNOB. *Disp. π. 16. tb. 4. 5.*  
Hic tamen addo, de capite damnatis quæ scripta sunt, tan-  
tum quoad Jus Civile (*tam ff. quam C. 5. Nov.*) intelligas.  
*l. 8. §. fin. l. 13. §. ult. ff. Qui test. fac. poss. (Non obst. Nov. 17.*  
*c. 12. Nov. 22. c. 8.)* Enimverò sicut ex generalissimâ,  
consuetudine testamentum illi ordinare, SCHNEIDEVV.  
*§. fin. I. quib. non est permiff. num. 10. (b) PHILIPP.*  
*in Ufu Pr. L. 2. tit. 12. Eclog. 51. p. 384. FOMANN. Disp. Inst.*  
*14. tb. 12. (b):* Ita per Fideicommissum quoque volunta-  
tem suam declarare possunt. Quam sententiam in Elect.  
Sax. expressus constitutionis textus confirmat: *So auch*  
*gleich zur Todesstraffe verdammte und verurtheilte/*  
*Testament machen / und in andere Wege durch bestân-*  
*dige letzte Willen krâfftige Verordnung aufrichten mös-*  
*gen. P. 3. Const. 6.* Neque filium familias in totum, sed sal-  
tem, quoad bona Profectitia & Adventitia, eaque tam Or-  
dinaria quam Extraordinaria volo exclusum, per ea quæ  
habet JASON. *in l. nemo. C. de SC. Treb. n. 2. f. 79.* BARTOL. *in*  
*l. 1. ff. eod. n. 2. f. 379.* BACH. *ad TREUTL. V. 2. D. X. tb. 2. (b)*  
*p. 517.* Unde si filius familias in Castrensibus vel quasi Ca-  
strensibus bonis institutum heredem rogavit, ut eadem  
Cajo restituat, quin substitutio talis firma & utilis sit, nul-  
lus equidem dubito: *per l. 1. §. 6. ff. ad SC. Treb.*

*Limit. 2.  
in Filio-  
fam.*

CAP.



## CAP. VI.

De

### Subjecto Mediato,

Sive de iis

#### Qui gravari possunt Fideic. Univ. vel non.

**E**st verò in arbitrio testatoris positum, non tantum *Reg.*  
Voluntario, sed & Necessario, eique s. Legitimo s.  
Prætorio hæredi Fideicommissum hoc injungere.  
§. 2. 10. 11. l. de Fideic. her. l. 67. §. 3. ff. ad SCt. Treb. JASON. in  
l. hoc a. ff. eod. n. 1. f. 171. Non tamen ultra, quàm testa-  
mento datum est, quisquam tenetur. §. 1. l. de sing. reb. per  
fideic. l. 114. §. 3. fin. ff. de Leg. 1. l. 1. §. 17. fin. ff. ad SCt. Treb.  
Non obst. (1.) l. 70. §. 1. de Leg. 2. (2.) l. 94. §. 2. ff. de Leg. 1.  
Atque talis hæres Fiduciarius, l. 46. ff. SC. Treb. vel hæres *Fiducia-*  
*rius,* §. 2. 3. ff. l. de Fid. her. cui verò bona restitui de-  
bent, Fideicommissarius nominari consuevit. §. 7. l. d. t.  
Qui posterior *impropiè* saltem hæres est atque dicitur. *Fideicom-*  
CARPZ. P. 3. C. 8. D. 21. n. 3. Inde quodammodo hæres, l. 7. *missarius*  
ff. qui cum eo & c. & heredis loco l. 4. §. 3. ff. de bon. libert. & *impropiè*  
in similitudinem hæredis consistere dicitur. Nov. 1. C. 1. Ex *dicitur*  
quo principio fluit, quòd statutum juris correctorium, de *hæres.*  
herede quid disponens ad universalem Fideicommissari- *Cōsectar.*  
um non pertineat. CRAVETTA de Leg. 1. n. 58. p. 643. GRASS.  
L. Sentent. §. Fideic. q. 9. in Turzan. rhes. comm. opin. p. 326.  
JASON. ad L. de illo. ff. SCt. Treb. n. 2. f. 176. ALEX. de IMOL. l. 1.  
§. de illo. ff. eod. n. 2. f. 95. Exorbitantium enim statuto- *Ratio.*  
rum verba in dubio propriissimè capienda, & ad casus fi-  
ctos extendenda non sunt. ZAS. §. 30. l. de Act. n. 8. f. 58. TI- *(1.) Requi-*  
RAQ. tr. Cessante causa cess. Eff. P. 1. n. 33. p. 11. CARPZ. Dec. 3. *situm ut*  
n. 12. Dec. 102. n. 9. & Dec. 104. n. 8. Coeterum non nisi ab *quis possit*  
eo licet Universalia Fideicommissa relinquere, quàm quem *Fideic. u-*  
*niv. gra-*  
C *Le-* *vari.*



Legato, vel mortis causa donatione, vel aliquo aliò com-  
modò pecuniariò defunctus beavit. *l. 9. C. de Fideic. l. 78. l.*  
*94. §. 3. ff. de leg. 1. l. 1. §. 17. ad SC. Treb.* JOH. de ARNONO *de*  
*Cautel. Advocat. Tit. 6. Caut. 22. n. 2. fin. fol. 251.* Recteque ait  
JASON. *in l. ab eo. C. de Fideic. pr. f. 165.*

*Quem non honoro (vel expresse vel tacitè) gravare  
non possum.*

*(2) Requis.* Dixi: PECUNIARIO. Quippe quòd si commodum non pe-  
cuniarium à testatore in hæredem confertur, Fideicom-  
missum haud subsistit. Sic etsi debitoris sui pignus mor-  
tis causâ Creditor liberaverit: *l. 3. §. 4. ff. de Leg. 3.* etsi liber-  
tatem, rem aliàs inæstimabilem, seruo suo in testamento  
testator dederit, *l. 49. §. 3. ff. de Leg. 1.* etsi jus Patronatus à  
defuncto quis acceperit, PAUL. de CASTR. *in l. 5. §. fin. ff. de*  
*Pr. Verb. fol. 331.* nihilominus tamen, cum pecuniarium  
commodum desit, recensitæ personæ universali fideicom-  
misso gravari nullo modo possunt. *add. SALICETUS in l. fin.*  
*C. Quand. dies leg. BARTOL. in l. 3. §. sed si ff. de Leg. 3. f. 276.*  
JASON *in l. ab eo. C. de Fideic. f. 165.* Neque positionem no-  
stram evertit *l. 11. ff. de Leg. 1.* Utpote cùm in eâ perexi-  
mum limitationis exemplum proponatur. Etenim, si

*Obj.*

*Resp. (1.)*

quando non honorata persona cum honoratâ pro eadem  
censetur, eo ipso casu testatori liberum, & non ornatam  
personam gravare. Sic, institutò pupillò, tutor, *l. 69. §. 2.*  
*ff. de Leg. 2.* Sic hæres legatarii, *l. 5. §. 1. de Leg. 3.* Sic mi-  
noris curator, *l. 69. §. 2. ff. de Leg. 2.* licet in eos nil commo-  
di atque lucri à testatore collocatum sit, Fideicommissum  
præstare compelluntur. Ecquid ergò de patre? Ecquid  
de domino? cùm pater atque filius, dominus atque ser-  
vus fictione juris pro iisdem personis habeantur. *vid. ALEX.*  
*de IMOLA in l. 11. ff. de Leg. 1.* Nec displicet nobis aliorum  
Dd. responsio, quòd recensita patris dominique persona,  
tacitè



tacitè honorata videatur. BARTOL. *in l. ii. pr. ff. de Leg. i. f.*  
226. PAUL. de CASTR. *ead. n. ii. f. 139.* Quare quicquid sit, re-  
gula nostra firma & expedita remanet:

*Quem non bonoro gravare non possum.*

Quò positò famosa Dd. controversia: *Utrum filio in legiti-* *Qv. (1.)*  
*ma tantum instituto universale Fideicom. possit injungi?* ne- *An filius*  
gando facilè deciditur. Quoniam Legitimà tantum re- *in legiti-*  
lictà, cum ex dispositione legis necessariò debeat, *ma insti-*  
*Nov. tutus uni-*  
*117. C. 1. §. 1.* nulla omninò commodi pars filio defertur. *versali fi-*  
Eamque opinionem, ut communi Dd. calculo probatam, *fideic. pos-*  
in consulendo æquè ac judicando observari oportere tra- *sit grava-*  
dit GRASSUS *l. Sentent. §. Fideic. Q. 6. n. 3. f. 290.* JASON. *l. ex* *ri? N.*  
*tribus. C. de Inoff. Test. n. 2. 3. 7. f. 147.* PEREGR. *de Fideic. art.*  
*1. n. 22. f. 5.* Multò minùs à præterito vel exhæredato filio *Qv. 2.*  
relicta hæreditas, testamento licet evacuatò, vel rescisso, *Ampl. (1.)*  
præstari debet. Et quanquam testamentò ex injusta præ- *Obj.*  
teritionis vel exhæredationis causà rescissò legatorum ac *Resp.*  
Fideicommissorum vis non expiret; *Nov. 115. C. 2.* termini  
tamen habiles, maximè quidem lucrosa gravati institutio,  
præsupponendi veniunt. SALTCEY. *in l. 31. C. de Fideicom.*  
Nec persuaderi sibi passus fuit Jason & Bartolus, Codi- *Ampl. (2.)*  
cillarem Clausulam, (quæ in testamentaria dispositione pa-  
tris tacitè subintelligitur, CARPZ. *P. 2. Dec. 155. n. 9. f. 398.*) hoc  
in puncto contrarium operari. Equidem non negant, quod, *Rat. dub.*  
istà Clausula inutili testamento apposità, hæreditas ab in-  
testato acquiratur, & à legitimis defuncti successoribus re-  
petita Fideicommissa, tam particularia quàm universalia  
intelligentur. BARTOL. *in l. ii. ff. de Jur. Codic.* JASON *in l. ad*  
*eam. C. de Fideic. n. ii. f. 171.* Sed verò, cum exhæredati *Rat. dec.*  
vel præteriti filii persona nil omninò commodi à testatore  
acceperit, Clausulam illam quid operari, vehementer du-  
bitant. Si tamen proximò descendente præteritò, *sim-Exc.*



pliciter ac generaliter universale Fideicommissum relictum sit, nil credunt facilius, quam quod præteritus æquè ac reliqui instituti, & testamento rescisso, ab intestato venientes hæredes, vi Clausulæ salutaris, Fideicommissario prorata teneatur. BARTOL. l. 2. ff. de Leg. 3. n. 2. f. 276. SICHARD. in l. 9. C. de Fideic. f. 984. add. CARPZ. l. 6. Resp. 113.

## CAP. VII.

De

### Subiecto Passivo

Seu

Quibus Univerf. Fideic. relinqui possunt  
vel non.

*Jus anti-  
quum.*

**A**ntiqua illa Rom. Reipubl. monumenta revolventes invenimus, quod testatores, incapaci quid legare cupientes, hominem, de cujus fide plurimum confiderunt, hæredem institutum rogârint, ut nominatæ personæ hæreditatem vel designatam partem ex illa restitueret. Cujus rei testimonium nobis reddit Imperator *in pr. l. de Fideic. her.* At verò cum hujusmodi fraudibus aperienda fenestra non sit, l. 30. ff. LL. l. 37. §. 6. ff. de Leg. 3. nec unâ viâ quod prohibetur, alterâ admitti debeat: *arg. C. 39. de R. J. in 6. generali Constitutione sancitum, quod non nisi capacibus, s. passivam testamenti factionem habentibus, universalis Fideicommissa relinquerè sit permissum. l. 67. ff. ad SC. Treb. CÖPP. l. 1. O. 157. n. 6. fol. 469. SCHNOB. D. π. 18. tb. 1. Non obst. l. pen. ff. de Leg. 1.* Sicut igitur cujuscunque suprema scriptura & ordinatio valore omni caret, in quâ vel Deportatus l. 1. C. de her. inst. vel Hæretici l. 4. 5. C. de Hæret. vel Apostata l. 3. C. de Apost. vel aliæ incapaces personæ universalis institutionis titulo vocatæ sunt; sed in ea causâ, in quâ esset, si scriptæ non fuissent, permanet hæreditas: Ita quo-

*Jus novū.  
Regula.  
Quibus re-  
linqui nō  
poss.*



quoque recensitas omnes à Fideicommissariâ liberalitate,  
ac successione amoveri, indubitati juris est. Adeò, ut licet  
per Fideicommissum relictæ hæreditatis possessionem in-  
capax ille Fideicommissarius fuerit adeptus, ab eò tamen  
(intentatâ hæreditatis petitione, vel Interdicto quorum  
bonorum,) eadem cum omni causa, fructibus perceptis &  
percipiendis repèti possit. Nec ratione impensarum ipse-  
met alio jure, quàm m. f. possessor, gaudebit. Generaliter  
enim asserendum puto, incapacem heredis personam pro  
m. f. possessore simpliciter æstimandum esse. Quippe quem  
non lateat, vel qui probabiliter ignorare non potuerit, se  
jure succedendi LL. exclusò, res hæreditarias ad alium per-  
tinere. A præstatione tamen usurarum pretii, pro fructi-  
bus percepti ex benigno Divi Severi decreto est immunis.  
*l. 18. ff. de his qua ut ind.* Sed incapaci relictam heredita-  
tem petere quis possit, intricata est contentio? Sunt, qui  
pro Fisco militant, asserti rationem ducentes à communi  
eruditorum elogio: Quoties quid indigno aufertur, toties  
Fisco cedit. JASON. *in l. hæredes. C. de his qua ut ind. n. 6. f.*  
*247. AZO in Summ. C. eod. n. 1. f. 662.* Sed verò ab hujus o-  
pinionis professoribus incapaces cum indignis confundi,  
palàm est. Cùm tamen nullum fugiat, eos, sicut Essentia-  
liter, ita & Effectivè, plurimùm differre. SCHULZ. *Syn. J. F.*  
*Cap. 7. n. 162. p. 404.* Sunt qui cognatis proximis hæredi-  
tatis illius vindicandæ jus adscribunt. Ratio: quia ejusmo-  
di incapacis institutio pro nulla habetur; adeoque in prio-  
ri statu successionis jura permanent. In priori vero statu  
cognatis, proximo gradu defuncto conjunctis, lex hæredi-  
tatem defert. Sunt tandem, qui fœdere distinctionis rem  
decidendam putant, tradentes: Aut hæreditatem vel ejus  
partem incapaci *palàm & apertè*; aut *clàm, secretè ac tacitè*  
relinqui; Illo casu venientes ab intestato indistinctè succe-  
dere.

*Hæreditas  
ab incap.  
repetitur.*

*Fructus.*

*Impensa.*

*Quis vin-  
dicat?*

*1. Opinio.*

*2. Opinio.*

*3. Opinio.*



*Ratio 1.* cedere. Eò quòd quoties per errorem testatoris hæreditatis fiat privatio, toties Legatum ac Fideicommissum non Fisco, sed successoribus legitimis acquiratur. Hoc autem casu, in hæredis pœnam, Fisci jura prævalere. Et hæc sententia, ut magis vera, nobis placet. Quippe quæ non modò excellissimorum Jctorum Responsis, ut *l. 1. pr. ff. de Jur. Fisc. l. 3. pr. §. 1. 2. 3. 4. ff. eod. l. 83. ff. de acqv. vel amitt. her. l. 10. ff. de his que ut ind. l. 23. ff. eod. l. 3. C. ad L. Falc.* corroborata, verùm etiam communi Dd. opinione recepta sit. FRANC. MARCI *in Decis. Part. Delph. P. 1. Q. 256. n. 1. f.* CUIJAC. *in recit. sol. ad l. 1. ff. de jur. Fisc. fol. 1250.* CASTRENSIS *in l. 82. ff. de acqv. vel om. her. f. 127.* BARTOL. *in l. 103. ff. de Leg. 1. f. 257. & l. 25. ff. de his que ut ind. n. 8. §. 347.* COVARR. *l. 4. Decret. P. 2. §. 5. C. 8. n. 8.* Clàm verò s. tacitè Fideicommissum relinqui dicitur, quando nec testamento vel codicillo rogatus, cautione domesticâ, vel chirographo, vel nuda promissione, ad Fideicommissum incapaci præstandum, se hæres obligavit *l. 10. ff. de his que ut ind. l. 103. ff. de Leg. 1. MYS. pr. l. de Fideic. her. n. 1.* Coeterùm, posterius hoc distinctionis membrum de EXTRANEO hærede, saltim intelligendum, ad SUUM verò vel NECESSARIUM haud extendendū arbitror. Quapropter licet filiusfam. vel servus patri vel domino suo tacitam fidem interponat, ipse tamen filiusfam. vel servus nullum exinde damnum sentit, multò minùs Fisco agendi jus enascitur. *per l. 10. §. 2. ff. de his que ut ind. Patris enim aut domini voluntati ac imperio qui obsequitur velle non videtur l. 4. ff. de R. J. Et in delictis non atrocibus superioris mandatum excusat. l. 20. ff. de O. & A. conf. ALEX. de IMOL. in l. 13. ad L. Falc. f. 64. BARTOL. eod. f. 370.* Insuper quando nullus omninò mortalium in fraudem legis quid fecisse præsumitur, *arg. l. 15. D. de Cond. inst.* adeòque tacitam hæredis fidem oblatam esse probabile non

*Ratio.*

*Probatio  
Fisci.*



le non est, Fiscum hæreditatem petiturum probare illam oportet. Cum semper is, qui agit, intentionis suæ fundamentum, ac veritatem ejus docere compellatur. *l. 8. l. 16. C. de Prob. §. 4. I. de Leg.* Quænam verò, ut hoc sufficienter planum fiat, requirantur, exhibent MARCI P. 1. *Decis. Delph. Qv. 257. n. 65. 66.* & BARTOLUS in *l. 3. §. 3. ff. de Jur. Fisci.* Sicut unius Contrarii natura de alterius Essentia testatur: ita quoque perlustratò, quibus hæreditas vel ejusdem pars Fideicommissò dari nequeat, sine omni negotio cognoscitur, quinam universalis Fideicommissarii partes subire valeant. Nimirum omnes, cum quibus passiva testamenti factio est. Quam quilibet, nisi expresso Imperiali Constitutionis textu adempta sit, habere præsumitur. Sive autem *certis, s. incertis* personis relinquatur hereditas, voluntas illa valet. Insuper acerrima inter Dd. est contentio: Num Fideicommissariâ substitutione FILIIS relicta hæreditas vel ejusdem pars, nepotibus quoque censeatur relicta? Equidem cum *Alexandro & Bartolo* affirmativam, eligere sententiam si quis velit, rationibus ac fundamentis destitutus non videtur. Eò quòd (1.) Clarissimis textus verbis decisum sit in *l. 201. ff. de V. S. quod appellatione filii, sicut filius familias, ita nepos comprehendi videatur.* (2.) per text. *l. 84. ff. eod. Fili appellatione, omnes liberos intelligimus. Liberos autem nomine nepotes & pronepotes, cæteri quæ ex his descendunt, continentur. l. 220. ff. de V. S.* Hæc utut maximè colore suo non careant, attamen tanti non sunt, Sybillina ut ea folia æstimem. Quippe quòd à genuina ac naturali vocabulorum significatione non aliter, quàm si de voluntate disponentis evidenter constet, recedendum. *l. 69. de leg. 3.* maximè in odiosa, qualis Fideicommissorum est, materiâ. Quæ strictissimè omninò accipi, nec de personâ in personam extendi debent. CARPZ. *Dec. 22. n. 13. f. 57.* Certissimi

Quibus  
potest re-  
linqui.

Personis  
vel certis

Qv. 1.

Rat. dub.

(1.)

(2.)

Rat. Dec.



tissimi autem juris est, Filii nomine nepotes haud contineri. Aliter enim filii, aliter nepotes appellantur: ait JCtus *in l. 6. de Test. tut. §. 5. l. Qui test. tut.* Quò præcognitò, iis, quibus antagonista nituntur, argumentis obviare difficile non est. *Resp.* Quanquam enim haud eam inficias, dispositione legis super Filiis factâ nepotes insimul includi, *arg. l. pen. ff. ad SC Maced.* hominis tamen dispositio filii mentionem tantum faciens, falsissimè ad nepotes extenditur. *l. 6. ff. de Test. tut.* Et ratio diversitatis est, quòd verba, quæ characteres animi nostri sunt, non ex opinionibus singulorum, sed communi usu exaudiri debeant. *l. 7. §. 2. ff. de sup. leg.* Sed verò secundum popularem dicendi rationem nepotis personam filius non denotat. *per l. 6. ff. de bis qui sui vel al.* In ordinatione autem legis, non tam verborum natura, quàm justa & æquitati consentanea interpretatio attenditur. Et eadem, quæ de nepotum exclusionem hîc asserenda duxi, eadem, inquam, vi contrariorum, in filiis obtinere autumo. Quòd scilicet, nepotibus ab avo per universitatem obliquè substitutis, Fideicommissariæ illius dispositionis tenor ad testatoris filios nullo modo extendendus veniat. Prout hoc thema per rat. dub. & decid. solidissimè resolutum dedit *CARPZ. Dec. 22. p. 57.* *Incertis* quoque personis universalis Fideicommissa relinqui posse præcedenti periodo diximus. Etiam si enim primis illis temporibus incertæ personæ, s. directè s. obliquè relicta hæreditas nil planè quicquam valeret; hodierno tamen jure, Imperiali Constitutione Justiniani sancitâ, contrarium obtinere constat. Et inter Fideicommissum incertæ personæ datum puto referendum, quod singulari pietatis instinctu percussus testator Universitati, Collegio, Cognatis ac in genere Familiæ suæ relinquit. Quæ postrema Fideicommissi species longè subtilissima, & altiori indagine dignissima complectitur. Quæ

*Vel  
Incertis.*



Quæ tamen, ne opus hoc nimium excrescat, peculiari, per Dei clementiam commentationi reservabimus. Hoc unicò themate adjunctò: num Collegio per Fideicommissum constituta hæreditas quoad proprietatem, ipsi collectivè, an distributivè relicta sit? Prius defendemus.

## CAP. VIII.

### Quibus modis Univ. Fideic. relinquuntur.

**A**Tque bonorum Universitas non solum Testamento, eoq; seu Scripto, seu Nuncupativo, *l. 1. §. 5. ff. ad SCt. Treb.* TUSCH. *Tom. 3. Concl. Pr. 226. lit. F. p. 447.* verum etiam Codicillis, *l. 2. §. fin. ff. de Jur. Cod. §. 2. J. eod. l. 2. C. eod.* & ab intestato: *l. 6. C. quand. dies leg. GOMEZ. Var. res. Tom. 1. Cap. 5. n. 4. f. 53.* imò quocunque modo, seu Scriptura, Epistola & nutu *l. 22. C. de Fideic. l. 5. C. ad SCt. Treb. l. 21. pr. ff. de leg. 3.* utiliter transfertur. Ita ut priori casu *Testes.* septenarius, §. 3. 14. *J. de Test. Ord. (Non Obst. §. sui. J. de Fid. her. ibi quinque testes.)* posterioribus verò quinquenarius testium numerus necessariò adhiberi oporteat. *l. fin. C. de Fideic. l. 22. C. eod. CARPZ. P. 3. C. 4. D. 35. n. 23. BRUNN. in l. 22. C. de Fideic. Magn. Dn. STRUV. Ex. 34. §. 68. Ex. 35. §. 17. Ex. 36. §. 22.* nisi (1.) Coram ipso iudice, (ubi nullus requiritur *Exc.* *Const. El. 3. P. 3.*) aut (2.) Testamento Principi ab ipso testatore oblato (quod sine teste valet DAUTH. *in l. 17. C. de Testam. f. 417.*) aut (3.) Pagano seu rustico aut (4.) tempore pestis vel morbi contagiosi condito, aut aliâ Privilegiatâ dispositione Universalia Fideicommissa relicta sint. *Officium Antestatoris* Ante omnia verò sollicitum testatorem esse oportet, ut in *testam.* Testamento hæredem recto jure instituat. §. 2. *J. de Fideic. Fideic. her.* partim quòd basis ac fundamentum testamenti hæredis institutio sit, *l. 30. ff. de lib. & postb. §. 43. I. de leg. Unv. re- linquen- tis.*

D par-



partim etiam, quòd precibus Fideicommissum nitatur. CAJUS in *Inst. tit. 7. pr.* PEREGRIN. *de Fideicommissis. art. 2. n. 8. f. 14.* Quòd tamen in eò Universalis Fideicommissi jura fundari possint, legitimum ac institutione minùs indignum illum esse oportet. In cujus habilitate æstimanda facti testamenti, mortis testatoris, & adeundæ hæreditatis tempora, intermediò nihil nocente, inspici solent. §. 4. *L. de her. qual. l. 6. §. 2. de her. inst.* Quòd si verò peregrinus, bannitus vel alia persona inhabilis hæredis loco testamento scripta sit, Fideicommissum hoc penitus evanescit. Etenim sicut institutio ejusmodi corrui, & pro non scripta habetur: *l. 1. C. de her. Inst. ibiq. JASON. n. 3. f. 97. l. 3. ff. de his que pro non scr. l. 14. pr. ff. de Jur. Codic.* ita quoque tam directam quàm obliquam Substitutionem, velut accessorium, annullari, certi juris est. CARPZ. *P. 3. C. 8. D. 6.*

*Ampl.*

*Rat. dub. n. 1. 2.* Adeò ut nec à legitimis successoribus Fideicommissum hujusmodi peti possit. *arg. l. 29. C. de Fideic.* Id quod primo intuitu rationi juris multù videtur repugnare. Namque dum hæredes scriptos, sibi magis dilectos, defunctus testamento gravavit, multò magis credendum putaveris, eum ab intestato venientes successores onerare voluisse. Verùm enim verò cum non ex provisione, libertate ac judicio testatoris, sed casu, fortuna & autoritate legis ad illos defuncti bona deveniant, omnem omninò valorem Fideicommissio huic rectè detrahi, nulli non patescit. *Conf. l. 6. §. 1. ff. de leg. 3. BARTOL. in l. 11. ff. de leg. 1. f. 226. JASON in l. 14. C. de Fideic. n. 10. f. 171. Exceptionem. D. in l. 29. C. de Fideic. & ap. Peregr. de Fideic. art. 2. n. 15. ad 37. f. 15. 16. 17.* Sicut hætenus abundè satis probatum, per actus mortis causâ Universale Fideicommissum firmiter relinqui: Ita nunc partes inter meas esse videtur, ad alios Fideicommissi acquirendi modos cogitationes meas dirigere, inquirendo: Num pacto vel contractu quodam

Uni-



Universalia Fideicommissa possint constitui? Aff. per L.  
fn. C. de reb. al. non alien. Quæ tamen Fideicommissi  
Species ab ea, de quâ nos differimus, aliena esse videtur.  
Quod & verum est.

## CAPUT IX.

De

### Extrinseca Univerf. Fideic. Forma

feu

### Quomodo Univerf. Fideic. possint concipi.

**P**orrò nil refert, utrum Univ. Fideic. purè, vel in diem,  
vel ex certo tempore, vel sub Conditione, modo &  
causa relinquatur. §. 2. f. de Fid. bar. Purum Fidei-  
commissum quid sit, vel tyroni juris non ignotum. (1.)  
Et hujus dies, antiquis SCtis, & L. Papia Constitutione  
Justiniani abrogatis, illicò à morte testatoris, etiamsi tabu-  
læ testamenti adhuc clausæ sint, cedit atque venit. l. 5. §. 1. ff.  
Quand. dies leg. l. un. §. 1. & 5. C. de Caduc. toll. BARTOL. in  
l. 11. ff. de leg. 1. n. 13. f. 227. Adeoque Substitutò ante a-  
ditionem vel restitutionem animam efflante, ad hæredes  
ejus illud jus transmittitur. l. 5. pr. ff. Qu. dies leg. Dn. RICHT.  
P. 2. Dec. 67. f. 431. SCHNOB. D. π. 18. θ. 7. Cœterum memo- (2.)  
riæ fideliter commendanda est juris regula: Quòd in am-  
biguo ac dubio sicut omne Fideicommissum, ita quoque  
Univerfale, purum præsumatur. PAUL. DE CASTR. in l. 1. ff. de  
Cond. & Dem. n. 2. f. 210. Item cum adjectione diei U-  
verfalia Fideicommissa fieri, princ. cap. hujus notavi. Est In diem  
autem dies vel certus vel incertus. Certâ die appositâ, ipsa  
quidem statim cedit, sed ante illius adventum peti Fidei-  
commissum nequit. l. 21. pr. ff. Qu. dies Leg. l. 9. ff. ut leg. l.  
fideic. caus. cav. add. l. 213. ff. de V. S. Quippe quòd illa cer-  
tus.



*Dies incertus.*

*Qu.*

*Ratio (1.) à negatione Eff. Et ad negationem causa.*

*Ratio (2.)*

*Obj. (3.)*

*(2.)*

*(3.)*

*Limit.*

ra dies non effectum juris, h. e. obligationem, sed executionem ejus tantum seu actionem impediatur atque differat. BACH. ad Tr. v. 2. d. 11. §. 3. e. f. 610. Quapropter nullum equidem dubium est, quin Fideicommissario, antequam dies certus veniat, spiritum exhalante, Fideicommissi illius & obligatio & actio in hæredes transeat. Incertus verò dies, sive AN ET QUANDO (ut cum Sacri palatii Quæstor Sejus factus fuerit) l. 75. ff. de Cond. & dem. sive AN, (cum Titius pubertatem excesserit) l. 49. §. 1. 2. ff. de leg. 1. sive solum QUANDO (cum Cajus morietur) l. 1. §. 2. ff. de Cond. & dem. Fideicommissum conditionale reddit. De intermedia incerti diei Specie, *An extitura sit*, non est usque quaque res expedita. Unde gravissimæ admodum altercationes ortæ sunt: num Fideicommissum: *Cum ad pubertatem pervenerit*, purum, an conditionale censendum? Cui non inutili juris quæstioni ut satisfaciam, strictius duco respondendum: Si Fideicommissi substantiæ, personæque Fideicommissarii tempus hoc adjectum, pro conditionali Fideicommissio habendum esse (1.) per L. 49. §. 3. ff. de leg. 1. l. 22. pr. ff. Quando dies Legat. cedat. add. BRUNN. in l. 75. ff. de Cond. & Dem. Accedit (2.) eminentissimi Jctorum Ulpiani autoritas in l. 49. pr. & §. 2. ff. de leg. 1. si, ait, cui legetur. cum 14. annorum fuerit, certo jure utimur, ut tunc sit 14. annorum, cum impleverit. Hoc autem legatum & Conditionale est, & in diem: conditionale, quamdiu quartus decimus annus completus sit, postea in diem. Non Obst. (1.) l. 46. ff. ad Sct. Treb. R. BARTOLUS in L. si cui. §. cui legatum. ff. de leg. 2. f. 326. CASTRENS. eod. n. 2. f. 136. (2.) l. 5. C. Quand. dies leg. vel Fideic. junct. l. 40. §. 2. ff. de C. & D. R. BUSIUS in L. si Titio. pr. ff. Quand. dies leg. p. 311. BRUNN. in l. 75. ff. de Cond. & D. n. 34. BRONCH. C. 3. Aff. 56. p. 356. (3.) l. 18. §. 2. ff. de Alim. l. cib. leg. Cæterum, prædicta ita demum procedunt, si quando incertus ille dies An per



per particulam principaliter tempus denotantem (cum, quando) Fideicommissio sit insertus: Sin verò voculâ, primariò conditionali testator usus fuerit, indistinctè ac simpliciter, (h.e. seu dispositioni, seu solutioni, sive personæ Fideicommissarii, sive gravati, sive tertii adjectus ille dies sit,) Fideicommissum conditionale dicendum æstimo: per *text. l. 23. §. 3. ff. de Fideic. lib. 1. 19. ff. de Statul. Non obst. l. 3. C. Quand. dies legat.* Nunc ad Fideicommissum <sup>(3.) ex die certo.</sup> ex certò tempore. Equidem, notissimi juris est, hæredem institui ex certo die non posse; §. 9. *J. de her. inst.* at tamen per Fideicommissariam causam hæreditatem, vel ejus partem, utiliter ex die nanciscimur. §. 2. *J. de Fid. her.* Ratio differentiæ est, quòd priori casu defunctus pro parte <sup>Ratio.</sup> testato, pro parte intestato (contra communem juris regulam *l. 10. ff. de R. J. l. 65. ff. de Her. inst. §. 5. J. eod.*) decederet. Posteriori autem casu, quoniam is, qui directò institutus, hæres est, manetque, §. 3. *J. de Fid. her.* ratio illa prohibitionis cessat. *MtNS. §. 2. J. d. t. n. 7.* Itidem <sup>(4.) Sub</sup> Universale Fideicommissum sub conditione deferri, <sup>Conditio-</sup> præ annotavimus. In quâ definienda usque adeò sibi <sup>one.</sup> Dd. non constant, ut in uno Cujacio sextuplicem ejus definitionem deprehenderit *SCHMIDEL. Disp. de Caut. 2v. Mut. S&v. C. 1. n. 2.* Nobis est adjectio ad actum, quâ negotium in <sup>Conditio-</sup> futurum aliquem eventum differtur. <sup>Defin.</sup> Eaque in *Expressam & Tacitam; potestativam, casualem & mixtam, l. un. §. 7. C. Species. de Cad. toll. l. 60. ff. de C. & D. l. 2. l. 52. l. 63. ff. eod. l. 4. §. 1. ff. de her. inst. l. 10. ff. de V. O. possibilem & impossibilem, a-* aliasque plures species, prout ex latioribus Pandectarum Codicisque titulis abundè liquet, distinguitur. Ex quibus recensitis sicut priores omnes in Fideicommissis maximè sunt frequentes: ita postremum ultimæ divisionis membrum penitus improbatum atque rejicitur. Quamquam



*impossibilis.* impossibilis illa conditio, ex singulari ultimarum voluntatum ratione, Fideicommissum non vitiet. *l. 1. ff. de Cond. Inst.* sed, sive *naturaliter l. 12. §. 1. ff. de leg. 1. l. 6. de Cond. Inst.* sive *moraliter* talis sit, *l. 14. 15. ff. de Cond. & Dem.* pro non scripta habeatur. §. 10. *J. de ber. inst. l. 3. ff. de C. & Dem. ibiq.* BRUNN. *n. 2. Non Obst. l. 20. ibi: remittenda: ff. de Cond. & Dem. l. 9. ff. de Cond. Inst.* Unde, si à Cajo, sub conditione *fidei Lutherana aut Pontificia semet addicendi*, Sempronio Fideicommissum testamento datum, etiamsi Fideicommissarius conditionem hanc adimplere cesset; nihilominus tamen ipsi vel ejusdem hæredibus Fideicommissum debetur. *Rac. Dec.* Quippe quòd nefandum omninò sit, ad mutationem religionis spe lucri alterum attrahere. Et quamvis ad verum religionis cultum adductio in se turpis ac honestati repugnans actio non sit; modus tamen inducendi suâ naturâ & intrinsecè turpitudinis est plenissimus. *Rat. Dub.* Porrò conditiones aliæ sunt *juris*, aliæ *facti. l. 21. ff. de C. & D.* aliæ *affirmativa*, aliæ *negativa*, eæque vel *formaliter*, vel *virtualiter* tales. *R.* Quarum usus & applicatio in Universalibus Fideicommissis etiam non est modica. Equidem, secundùm subtiliora Civilis juris principia sub negativâ conditione precativè relicta hæreditas nullo modo valet: attamen, postremarum voluntatum intuitu, ex benignitate contraria obtinet sententia. Ita tamen, ut à *Qv.* Mutio Scavola per interpretationem propositam, & speciali non minùs, *l. 7. ff. de C. & D.* quàm generali *l. 1. §. 6. C. de V. J. E.* constitutione postea comprobata cautione iis, quorum interest, præstare Fideicommissarium oporteat. *Nov. 22. C. 43. l. 65. §. ibi: cautione præstitâ. ff. ad Sc. Treb. l. 7. pr. fin. ff. de cond. & Dem.* Et in Terminis SCHMIDEL. *Disp. de Caut. Qv. Mut. Scav. Qv. 4. n. 63.* Sed verò pro Universalissimo juris axioma didicimus, quòd sub quacunque con-



conditione conceptum Fideicommissum, donec illa extiterit, peti nequeat. *l. 5. §. 2. l. 21. ff. Qu. dies leg.* Condicio enim in esse suo nihil ponit. ANTON de PETRA. *de Fideic. Q. 9. f. 211. Col. 1.* Quod si Fideicommissarius contra fecerit, eorum, qui tempore plus petunt, subire poenam (*de jure Civili*) tenetur. §. 33. *J. de Acc. ibiq.* JASON, ZASIUS *aliiq.* Quid *Qu. 1.* si plures personae unam conditionem implere fuerint iussae? Aequissimum Justiniano, contra Ulpianum, visum fuit, ad implendam conditionem unumquemque compelli. Ita ut hi, qui iussa compleverint, ad Fideicommissariae hereditatis lucrum vocentur; qui vero neglexerint, ab huiusmodi commodo repellantur: *text notab. l. 6. C. de Cond. inf. tam leg. quam fideic.* Sed ponamus: Titius sub conditione relinquit Cajo Fideicommissum, post aditionem hereditatis, pendente adhuc conditione instituti heredis facultates ob perpetratum crimen Fiscus vindicat: num. Fideicommissario id, quod a testatore relictum, illico restituendum, an vero per tempus, quo conditionis eventus in suspenso est, Fiscus eo frui poterit? putamus verum esse, omnia quidem bona heredis, sed tamen cum sua cautione Fiscum (Cautione prius Fideicommissario praestita) posse vindicare. *l. 48. §. 1. ibi: interim. ff. de J. Fisc. ibiq. gloss. add. l. 17. §. 5. ff. ad SCt. Treb. ibiq. gloss. conf. MOLINA de J. C. J. V. 1. Tr. 2, Diss. 186. n. 2. f. 785. ubi varias huius regula fallentias tradit.*

## CAP. X.

De

### Conditione: si sine Liberis.

**M**agna quoque vis, magnumque momentum est in Conditione: *si sine liberis decesserit.* Quam, cum fre-



frequentissima omninò, maximèq; usitata sit in Fideicommissis Universalibus, quantâ fieri brevitâ poterit, percurramus. Et vel dispositioni testatoris ea nominatim ad-

*Diviso.* jicitur, vel justis ex causis, interveniente legis auctoritate, præsumitur. Ut proinde conditionem hanc in *expressam & tacitam* rectè distinguamus. Et ad priorem illam speciem pertinet variis difficultatum nodis obstricta

*Qu.* juris quæstio: Num liberi, in conditione positi, in dispositionem veniant? à cujus exquisitâ resolutione immensa quædam pendet utilitas, quam exhibet Dn. RICH. *in l. fin. C. de Ed. Adr. toll. Requis. 1. p. 152.* Nobis negativa, ut communi Dd. opinione recepta, usuque forensi firmata sententia magis arridet. SICHARD. *in l. 9. C. de Fideic. n. 4. f. 430.*

*Tacita.* GOMEZ. *Tom. 1. Cap. V. n. 42. f. 75. seqq.* JOH. de ARNONO *de Cautel. Advoc. Tit. 5. Cautel. 36. f. 240.* *Tacitam* quod attinet, illa postremis ascendentium voluntatibus, quibus filius vel filia rogatur, *ut post mortem suam* alteri hæreditatem restituat, tacitè inesse nunquam non censetur. Ut adeò si institutus filius vel filia liberos sustulerint, restitutioni locus non sit, & omnis omninò Fideicommissariæ largitionis spes abeat in fumum. *l. 101. ff. de C. & D. l. 30. C. ad SCt. Treb. Non Obst. l. 98. ff. de Cond. & Dem. Ita AZO in Summ. C. Qu. dies leg. BARTOLUS in l. 98. ff. de C. & D. f. 366.*

*Ratio.* CASTRENS. *in l. 1. ff. de C. & D. n. 4. f. 210. & in l. 102. ff. eod. f. 227.* Quemadmodum enim testator Fideicommissario hæredem voluit præferri: ita quoque ex pietatis conjecturâ credendum est, voluntati ejus proximè satisfieri, si possessiones, quas reliquit, instituti hæredis descendentes potius, quàm Fideicommissarius, Universali successionis titulo acquirant. GRASS. *L. Sentent. §. Fideic. Q. 21. n. 2. f. 315.* GOMEZ. *Tom. 1. C. 5. n. 32. f. 70.* MOLINA *de J. & JV. 1. Tract. Ampl. (1.) 2. Disp. 190. n. 1.* JASON *in l. cum acutiss. C. de Fideic. n. 1. f. 175.* Cujus ex rationis identitate penetranter nos concludimus, taci-



tacitam conditionem illam: *si sine liberis*, non in patris  
modò, & avi, & proavi, sed & matris, & aviæ, & proaviæ or-  
dinationibus ultimis subintelligi. JASON. *in l. gener. C. de*  
*Fideic. n. 2. f. 112. (c)* Idque sive hæreditas ad communem, *Ampl. (2.)*  
sive ad piam ac privilegiatam causam sit restituenda. SI-  
CHARD. *in l. 6. C. de Inst. n. 1. f. 823. ubi ration.* GRASS. *L. Sen-*  
*tent. §. Fideic. Q. 21. n. 5. f. 316.* MYNS. *C. 6. O. 96. p. 686. Magn.*  
*Dn. STRUV. Ex. 36. tb. 24.* Coeterum notanter dixi: *As* *Lim. (1.)*  
*cedentium voluntatibus eam inesse.* Namque si extraneo,  
velut marito, uxori, fratri, sorori, vel unicuivis collatera-  
lium à testatore sit mandatum, ut, cum morerentur, id,  
quod perceperint, alteri restituerent, ob intrinsecæ ratio- *Rat. Dec.*  
nis defectum, conditionalis illa clausula (*si sine liberis*)  
nullo modo præsumitur. GRASS. *Qv. 24. f. 317. ubi de fra-*  
*tribus.* JASON *in l. gener. C. de Fideic. n. 2. ibi: sexto. f. 112.*  
Quin imò, ne quidem in parentibus, si hæredis locum su- *Lim. (2.)*  
stineant, valet hæc conditio. GOMEZ. *T. 1. C. 5. n. 35. f. 72.*  
BARTOL. *in l. 102. ff. de C. & D. n. 2. f. 366.* Deficit autem *Contra-*  
hæc conditio, tam expressa, quam tacita, non tantum, si le- *ria: seu*  
gitimè natos, verum etiam per subsequens matrimonium *Quando*  
legitimatos liberos, *Nov. 74. & Nov. 89. C. 1.* SCHNOB. *D. 18. dit. defi-*  
*tb. 5.* SICH. *in l. 6. C. de Inst. n. 28. f. 826.* eosque sive masculos, *cit.*  
sive foeminas, *l. 101. ff. de C. & D. l. 1. ff. de V. S. ibiq.* BARTOL.  
sive filios, sive nepotes, *l. 6. §. 2. Cod. de Inst. & Subst. arg. l.*  
*84. 201. 220. ff. de V. S.* sive numero plures, sive unicum fi-  
lium vel filiam, *l. 6. §. 1. C. de Inst. & Subst. l. 148. l. 149. ff. d.*  
*V. S.* hæredis persona, fideicommissio gravata, reliquerit.  
Reliquerit dico. Nisi enim parenti testatori supervixe-  
rint, sed ante moriantur; sine liberis utique videbitur hæ-  
res decessisse: adeòque, cum extiterit conditio, perfectis-  
sima petendi Fideicommissi facultas exoritur. BART. *in l.*  
*17. §. si quis autem. ff. ad Sct. Treb. n. 1. f. 385.* BRUNN. *eod. n. 8.*

E

Sed



Quando  
non defi-  
sit.

(1.)  
Natura-  
les.

(2.)  
Adoptivi.  
Rat.

(3.)  
Legitima-  
ti per Re-  
scriptū.

Sed si vel naufragio, vel ruina, vel aggressu, vel quo alio modo simul cum patre filius vel filia perierit, an deficit conditio? Arbitratur Ulpianus, eam non defecisse. Quoniam non sit verisimile, filium patri supervixisse: per *text. l. 17. §. 7. ff. ad SCt. Treb.* Quid si hæres relinquat naturales tantum? Existimamus dicendum: aut sermo est quærenti de Expressa, aut de Tacita. Priori casu, nisi ipsius testatoris dignitas, eminentia, vel evidens contraria voluntas obstet, *l. 17. §. 4. ff. ad SCt. Treb. ibiq. BARTOL. f. 385. TREUTL. V. 2 D. 14. tb. ult. BRUNN. in l. 17. ff. d. t.* Fideicommissi petitio deficit: posteriori verò extitit conditio, & ad substitutum hæreditas transmittitur. *l. 6. §. 1. C. de Inst. & Subst. JASON in l. 1. C. de Inst. n. 6. 113. SICHARD. in l. 6. C. eod. n. 25. f. 825. Diss. BARTOL. in l. 17. §. si quis. ff. ad SCt. Treb. n. 1. f. 385.* Extitit itidem conditio: Si sine liberis, si hæres adoptivos reliquerit, per *l. 67. ff. de C. & D. l. 5. §. 1. de leg. 2.* Quid? quod in dispositione legali, super liberis factâ, adoptivi nullatenus includantur. v. PEREGRIN. *de Fid. art. 22. n. 93. f. 34. DECIUS in l. gener. C. de Inst. & Subst. f. 206. BRUNN. in l. 76. ff. de C. & D. Non Obst. (1.) §. 2. f. de adopt. junct. §. 4. f. de Exher. lib. (2) l. 10. C. de Adopt. (3) GRASS. L. Sent. §. Fideic. 2. 39. f. 330.* Tandem principali Rescripto legitimatos liberos quod concernit, quanquam, iis existentibus, conditionem: si sine liberis, defecisse, adeoque Fideicommissi relicta hæreditatem non deberi, absolute ac simpliciter tradat SCHNOBEL. *D. 18. tb. 5.* attamen non ex veteribus modò, sed & recentioribus Juris Interpretibus non sunt pauci, qui profitentur, in articuli hujus dijudicatione distinctim procedendum esse. Quæ doctrina quoque videtur magis tuta.

CAP.



## CAP. XI.

De

### Cautione in Conditionalibus Fideicommissis ab hærede præstandâ, & remedio in casu repugnantia Fideicommissario dato.

**N**E tamen conditione, aut Fideicommissariae liberalitatis usu (*l. 14. 15. ff. ut leg. l. fid. caus.*) pendente, rerum suarum fraudati Fideicommissarii detrimenta patiantur, Romanus Prætor constituit, ut Fideicommissarius, ejusque hæredes, per se vel Procuratorem speciali mandato instructum, idoneam eo nomine cautionem Fidejussoriam *l. 7. ff. de Prat. Stip. l. 1. 13. ibi: satisfacere. ff. ut Cautio leg. l. Fideic. junct. TREUTL. V. 1. D. 5. th. 2 (a) l. 17. ibi: Fide- nis capita jussores. ff. d. t. à Fiduciario ejusque successoribus possint exigere, l. 1. ff. ut leg. l. Fid. caus. §. 3. J. de Satisd. l. 1. C. ut in poss. leg. stipulantibus, se, die Fideicommissi adveniente, pro arbitrio testatoris hæreditatem b. f. restitutos, dolumque malum abfuturum esse. l. 1. pr. ff. ut legat. vel Fid.* Neque Fideicommissarii postulationem de cavendo sui-<sup>Ampl.</sup> ipsius absentia, *l. 1. §. 4. ff. eod.* neque fiduciarii dignitas, facultates, *l. 1. §. 2. aut mors l. 1. §. 6. ff. eod.* excludit. An-<sup>Off. actor.</sup> te omnia tamen Fideicommissario cautionem extorquenti incumbit, non modò Fideicommissum, *l. 5. §. 2. ff. eod.* verùm etiam aditionem hæreditatis ritè ac sufficienter probare. *gloss. in l. 10. ff. eod.* Estque in liberrimo Fi-<sup>Forum</sup> deicommissarii arbitrio positum, num in foro domicilii, <sup>comp.</sup> an verò aditæ hæreditatis, petitionem suam velit instituere. *l. 5. §. 3. ff. eod.* Quâ oblatâ, quoniam nihil <sup>off. jud.</sup> actor amplius postulat, quàm ut Fideicommissi nomine sa-



tisdetur, non sanè debet subtiliter ac ordinariè judex cognoscere, debeat nec ne fideicommissum, sed tantum decernere, ut satisdetur. *l. 1. C. ut in poss. leg.* Plus autem quam semel, nisi nova inopinatio causa supervenerit, peti satisfactio non potest. *l. 3. §. ult. l. 4. ff. ut in legat. l. fid.* Præterea sicut omnis in jure nostro definitio est periculosa: *l. 202. ff. de R. J.* ita quoque nostra super satisfactioe posita multis modis subvertitur. De quibus *l. 6. §. 1. l. 7. ff. ut leg. l. Fid. caus. l. 2. l. 7. C. ut in poss. leg. Magn. Dn. STRUV. Ex 36. th. 42.* Quod si verò, hæreditate aditâ, *l. 2. ff. ut in in casu re. poss. leg.* locupletem cautionem præstare interpellatus fiduciarius, vel successores ejus neglexerint, nec ipse Fideicommissarius, quò minus idoneè caveatur, in culpâ fuerit, in hæreditariorum bonorum (*l. 6. C. ut in poss. leg. l. 5. §. 16. ff. eod.*) possessionem, summaria causa cognitione præcedente, *l. 3. pr. §. 1. ff. ut in poss. leg.* pro quantitate Fideicommissi, decreto magistratus, Fideicommissarius immittitur. *l. 11 §. 1. ff. ut. in poss. legat. Magn. Dn. STRUV. Ex 36. th. 54. Non obst. l. 13. ff. ut in poss. leg.* Quò tamen ipse non rerum illarum proprietatem, sed jus tantum pignoris nanciscitur. *l. 5. ff. ut in poss. leg. l. 3. l. 5. C. eod.*

## CAPUT XII.

De

### Remedio Fideicommissariis ante aditionem hæreditatis competentibus.

**H**Actenus de substitutione Fideicommissaria formanda: nunc de consequenda. Et hæc effectum suum ut sortiatur, varia Fideicommissario remedia LL data sunt. Sic ante hæreditatis aditionem Fideicommissarius ejusdemque successores *l. 14. ff. ad SCt. Treb.* hæredem



redem adire nolentem possunt ad hoc compellere. Non  
quidem jure actionis, sed nobilissimo judicis officio, de-  
center imploratò. *l. 16. §. 2. l. 4. ibiq;* BART. *f. 382. l. 8. pr. ff. ad*  
*Sct. Treb. l. 22. §. 1. eod.* COVARR. *C. Rainut. §. 10. n. 4. f. 357*  
*Non obst. l. 1. §. 4. fin. ff. ut in leg. l. Fid. caus.* Id quod sub *Origo.*  
Vespasiano, Pegaso & Pusione Consulibus, solà ultimarum *Ratio.*  
voluntatum contemplatione, ne fors per hæredis mortem,  
antequam adiret contingentem, Fideicommissum inter-  
cidat, Senatus introduxit. SICHARD. *in l. 3. C. n. 3. f. 970.*  
PAUL de CASTR. *in l. 13. ff. ad Sct. Treb. n. 4. f. 251.* Hæc ta-  
men ratione ac modo, ut (1) Fideicommissum, & quidem  
(2) Universale sibi testamento vel ab intestatò relictum es-  
se, fideicommissarius insimul edoceat. Qui (3) etiam hæ-  
reditatis capax & (4) ad præstationem cautionis de damnò,  
quod ex aditione metuitur, resarciendo, paratus esse de- *Requis.*  
bet. HAHN. *ad Wes. Pand. ad Sct. Treb. n. 8. f. 343.* Solen- *Form.*  
nitate autem libelli: BARTOL. *ad l. 4. ff. ad Sct. Treb. n. 1. f. 382.* *Pract.*  
*ubi formulam.* Citatione hæredis: CASTRENSIS *in l. 4. ff.*  
*d. t. n. 7. 8. f. 102.* ALEX. de IMOLA. *in L. recusare pr. ff. eod. n.*  
*2. f. 120.* aut causæ, quam pro avertenda hæreditatis  
aditione præten dit, cognitione, BARTOLUS *in l. 4. d. t. f. 382.*  
hoc in remedio opus non est. Maximè verò competentia *For. Comp*  
judicis. *arg. l. fin. ff. de Jact.* Super qua, præter communia  
causidicorum præcepta, instruit nos affatim *l. 14. §. 4. 5. ff.*  
*ad Sct. Treb. ibiq; Dd.* Pollicetur quoque compulsio nis *Subjeet.*  
Decretum prætor, etiamsi Fiscus *l. 6. §. 3. eod. ibiq;* CASTREN. *Pass. (1.)*  
*n. 1. f. 249.* vel pater *l. 16. ff. eod.* vel filius, aut cognatus *l. 6,*  
*§. 2. ff. d. t.* BRUNN. *eod.* vel Consul, vel Senator *l. 14. §. 4.* vel  
Universitas *l. 6. §. 4.* vel alius in dignitate autoritateque  
constitutus *l. 5. ff. fiduciarii hæredes sint.* *Non obst. l. 7. ff.*  
*d. t. conf.* BARTOL. *in l. 5. ff. eod. f. 382.* PAULO de CASTR.  
*in l. 4. ff. d. t. f. 249.* PEREGRIN. *de Fideic. n. 86. f. 28.* Quin,  
E 3 si quis



si quis alio loco restituere hereditatem iussus sit, & suspectam eam dicat, cogendum eum esse, Julianus respondit. *l. 6. §. 6. ff. ad SCt. Treb.* Sed verò sciendum, hoc in articulo impensarum itineris, & sanitatis, *l. 7. ff. ad SCt. Treb.* & loci illius, aliarumque circumstantiarum ratio exactissima debeat haberi. *l. 8. ff. eod.* Quid si creditor à debitore suo institutus, & Fideicommissio gravatus? Cogi simpliciter non potest. Quoniam, aditione facta, principalis obligatio confunderetur. *l. 95. §. 2. ff. de solut. l. 71. ff. de Fideic.* Ne igitur per aditionem hereditatis creditor suum amittat, non, nisi pecuniâ crediti solutâ, vel cautione præstitâ, Fideicommissarii petitioni defertur. *l. 59. ff. ad SCt. Treb.* Quanquam, solutione vel cautione strictim non exactâ, judicialiter interposita creditoris protestatio debiti creditique confusionem etiam impediât, juraque illius salva & integra conservet. CARPZ. *Dec. 75. n. 14. p. 187.* Et in terminis CUJACIUS *in l. 8. ad SCt. Treb. f. 907.* Neque h. l. extrinseca Fideicommissi attenditur qualitas; sed sive purè, sive in diem. *l. 6. §. 6. ff. d. t. sive ex die, sive sub conditione illud relictum, valet postulatio. BARTOL. in l. 9. ff. eod. n. 5. f. 383. CASTRENS. in l. 11. ff. eod. f. 251.* Adversus heredem verò fiduciarii, ante aditionem defuncti, remedium hoc non dabitur, Quippe quòd nec ipsi jus adeundi competat BACH. *V. 2. D. 14. tb. 8. p. 883.* Itidem postulationem hanc excludit exceptio Fideicommissi non ritè ac legitimè facti; modò in continenti probatione validari ea possit *l. 13. §. 3. ff. ad SCt. Treb.* Propter imminens enim periculum, omnibus omninò exceptionibus prolixiore tractatu dignis penitus remotis, summariter hîc proceditur. PAUL. de CASTR. *in l. 13. n. 3. f. 251.* Unde nec illegitimi testamenti exceptio heredi quicquam prodest. *l. 13. §. 2. ff. eod. nisi de nullitate testamenti notoriè constet. BARTOL.*

2.  
negativè  
Contraria.



*in l. 13. ff. b. I. n. 4. f. 294. ubi rationem differ.* Et hæc omnia, *Ufus.*  
quæ dicta sunt, de veteri jure omni carent dubio. De no-  
vissimo autem scribit BACHOV. *V. 2. D. 14. tb. 8. (4.) f. 881.*  
quòd, cum ipse Fideicommissarius adeundi facultatem ho-  
diè habeat, *Novell. 1. C. 1. §. 1.* remedii hujus non magna  
sit utilitas atque necessitas. Quam assertionem tamen ab-  
solutè veram non esse, docet PEREGR. *art. 2. n. 66. f. 24*

## CAPUT XIII.

*De*

### Remediis post aditionem Fidei- commissario competentibus,

*in Specie*

#### Possessoriiis.

**P**ostquam verò aditione vel immixtione agnita est  
hæreditas, itidem saluberrima juris remedia Univer-  
salis Fideicommissarius nanciscitur. Quorum ne-  
cessitatem ac indigentiam longâ oratione ut prosequar  
non est necessum. Patescit eadem, quòd hæreditate  
aditâ neque vacantem, neque apprehensam hæreditariarũ  
rerum possessionem propria autoritate atque vi occupare  
sit licitum: Imò factum hoc durissima sequatur pœna.  
Cum priori casu Fideicommissarius Interdicto Quod le-  
gatorum ab hærede conveniri, *Magn. Dn. STRUV. Ex 45. tb. 27.*  
*TREUTL. V. 2. D. 25. tb. 2. b.* Posteriori verò, nisi expres-  
sè vel tacitè apprehendendi illius licentiam à testatore, aut  
hærede acceperit, *J. de ARNONO de Cautel. Advoc. T. 5. Cant. 33. n. 2. f. 239.*  
*CASTRENS. in l. 6. §. si quis ff. Sc. Treb. n. 1. f. 250.*  
*PEREGRIN. de Fid. art. 47. n. 37. seqq. f. 733.* Fideicommissò  
privari penitus possit. *TUSCHUS Tom. III. concl. 268. lit. F. f. 470.* Sed ut, quò tendo, perveniam, sunt ex iis remediis  
quæ de possessione; sunt quæ de proprietate Fideicom-  
missi



(1) *Remed.* misſi contendunt. Inter illa primum eſt Interdictum,  
*Poſſ.* Quorum bonorum utile *l. 1. ibi: cæteros ſucceſſores. ff. Quor.*  
*Subj. Act. bon.* Quo experitur ipſe Fideicommiſſarius, ejuſque ſuc-  
ceſſores, coram iudice, ubi res hæreditatis ſitæ ſunt, *l. un. C.*  
*For. comp. ubi de her. add. CARPZ. Proc. T. 3. art. 3. n. 42. f. 93.* adverſus  
eum, qui pro hærede vel poſſeſſore poſſidet, §. 3. *J. de In-*  
*Subj. Paſſ.* *terd.* vel dolo malo poſſidere deſiit, *l. 1. ff. Quor. bon. ad*  
*Object.* hoc, ut hæreditariarum rerum, ſibi jam verbaliter reſtitu-  
tarum, ACHIL. PERSONAL. *de adip. poſſ. n. 499. p. 386.* poſſeſ-  
ſionem totaliter, vel pro quantitate Fideicommiſſi, reſti-  
*Form.* tuat. Modò ſubſtitutionem juraque ſua ſuccedendi per  
*pract.* tabulas teſtamenti, ſcripturam, vel quinque teſtium atte-  
*Probatio.* ſtationes iudici, adverſariâ parte citatâ, etiãſi minùs ple-  
nè, deducat. *l. 1. C. Quor. bonor. TERMIN. Proc. C. 75. n. 2.*  
*p. 237. ACH. PERSON. d. l. n. 482. ſeqq. p. 350.* Si verò neque  
ex ſcriptura, neque ex legitimo teſtium numero manifeſta-  
ri Fideicommiſſum poſſit; ſed vel pauciores, vel nemo in-  
tervenerit, vel vitâ hæc deceſſerint, vel aliquam cauſam te-  
ſtimonii ferendi facultatem amiſerint, peculiarem proba-  
tionis (non actionis) modum Juſtinianus ſpecialiter in-  
trodixit, *in l. fin. C. de Fideic.* ut hæredi, fidei ſuæ à teſta-  
tore quid demandatum eſſe neganti, cujuſcunque ſit con-  
ditionis, juramentum actor valeat deferre. Quod vel  
tenetur ſubire, deponens, à defuncto ſuper diſpoſitione  
Fideicommiſſariâ ſe nil quicquam audiviſſe; vel, eò re-  
cuſatò, petitam hæreditatis quantitatem, tanquam tacitè  
confeſſus, perſolvere. Ipſe tamen actor, & ſi plures fue-  
rint, quilibet eorum, ſive ſit mas, ſive fœmina, obſtrin-  
gitur priùs de calumniâ ſolemniffimè jurare. §. *fin. J. de*  
*Fid. bac. CARPZ. P. 3. C. 8. D. 40.* Sed annon licet hæredi  
juramentum Fideicommiſſario referre? Nequaquam, per  
ea quæ habet *Magn. Dn. PRÆSES in Coll. Pand. privat. tit. de*  
*Jurej. CARPZ. P. 1. C. 14. D. 11. Et in Terminis CARPZ. P. 3. C. 8.*  
D. 4.



D. 4. n. 10. Ipse tamen hæres, conscientiam suam ordinari-  
is probationibus si velit defendere, utique admittitur.  
CARPZ. P. 3. C. 8. D. 41. Quæ omnia apertius & perfectius  
quotidiano judiciorum usu in ipsis rerum documentis ap-  
parent. Equidem SICHARDUS *in l. fin. C. de Fideic. f. 991.* scri-  
bit, se auream constitutionis hujus praxin in vitâ sua nun-  
quam audivisse. At verò, novissimis temporibus hoc ipso  
de articulo fuisse quæsitum, novi. Attestatur Juridici  
Collegii Jenensis Responsum ad Consult. J. A. S. C.  
zu S. Mens. Jan. 1680. *Auff euere andere Frage ist un-  
sere rechtliche Meynung / weiln ihr der Klage nicht ge-  
ständig seyn wollet / so wird lis negativè von euch zu con-  
testiren seyn / demnach aber Klägerer von der sub lit. A a.  
befindlichen disposition Nachricht haben / und vermu-  
thet wird / daß euer Ehemann seinen letzten Willen der  
künftigen succession halber eröffnet / auch euch darü-  
ber zuhalten gebeten haben / als könnet ihr / wann gleich  
einige Zeugen vorhanden / des deferirten Juraments / auf  
Klärerer vorhergehenden Eyd vor Gefahrde / nicht  
entbrechen / iedoch werdet ihr / wann ihr euer Gewissen  
mit Beweis vertreten könnet / damit billig zugelassen /  
B. R. W.* Sin verò de relicto Fideicommissio planè ni-  
hil constet, Imperialis illa constitutio locum non invenit.  
Unde concertari sanè posset acriter, num Sacramenti hu-  
jus valeat delatio, si solus Fideicommissarius asserat, se-  
metipsum à testatore, cum in vivis adhuc fuisset, de accipi-  
endo Fideicommissio audivisse? Cujus tamen quæstionis  
decisionem aliorum judicio relinquimus. Alterum re-  
medium possessorium oritur *ex l. fin. C. de Edict. D. Adr. toll.* (2.)  
Remed.  
Poss.  
Cujus auxilio, testamentò scriptò nulloque visibili vitio  
laborante, aut codicillis vocatus Fideicommissarius Uni-  
versalis ab implorato competente Judice hæreditariarum  
F rerum



**Requis.** rerum possessionem impetrat. Non simpliciter quidem ac indistinctè; sed tum demum, si Fideicommissio relictarum rerum restitutio verbalis saltem ipsi facta sit. Namque ante verbalem illam restitutionem ne minima quidem realis juris portio in hæreditate Fideicommissario competit. *l. 63. ibiq; GLOSS. ff. ad Sct. Treb. l. 37. ff. eod. nisi is, cui restitutio imposita est, vel per contumaciam abfuerit, vel, nullò successore relictò, morte præventus fuerit, l. 7. §. 1. C. ad Sct. Treb. vel Ecclesiæ, alimentis, doti, aliisque piis causis relicta sit hæreditas. Quibus omninò casibus, cum ipso jure Fideicommissum transeat, restitutio verbalis necessaria non est. Ante omnia tamen oportet Fideicommissarium probare, hæreditatem, ubi opus, sibi jam verbaliter restitutam; vel tali causæ, ad quam immediatè ac ipso jure res transire solet, Fideicommissum relictum esse. conf. RICHTER. ad l. fin. C. de Ed. Adr. toll. Disp. 6. Reg. v. 1. §. 2. p. 161. 162. TREUTL. V. 2. D. 25. 16. 1. k. SICHARD. in l. fin. C. de Ed. Adr. toll. n. 16. 17. f. 932. Quod si verò Fideicommissarius hæreditatis possessionem adeptus, eam amiserit, iudicium hoc penitus denegatur. Quoniam saltemei, qui nunc primùm adipisci possessionem conatur, datum est. §. 3. J. de Interd. Et in Terminis MENOCH. Remed. 4. n. 178. f. 349. PEREGRIN. art. 48. p. 741. ad 753. ubi de libello, citatione adversarii, probatione actoris, officio iudicis, aliisque hanc ad materiam spectantibus egregiè differit. Coeterùm decernitur quoque possessio, etiamsi petitorium jam sit institutum: adeoque, eò suspensò, ad possessoria hæc iudicia convolare actori erit integrum. arg. C. 5. X. de caus. poss. ibiq; GLOSS. l. 18. §. 1. ff. de vi arm. PEREZ. ad Tit. C. de Interd. n. 27. UNGEB. Comm. Decr. l. 2. tit. 12. n. 9. f. 205. nisi in causa sit conclusum. CANIS. Decr. de caus. poss. n. 2. f. 155.*

**Exc.**

**Form.  
Pract.**

**Contrar.**

**Caut.  
Pract.**

CAP.



## C A P. XIV.

De

### Remediis Petitoriis, iisque tam personalibus, quàm Realibus, & ipsa Restitutione.

**S**equuntur *Petitoria*. Quæ sunt vel *Personalia*, vel *Realia*. Priora quod concernit, datur post aditam hæreditatem Fideicommissario, ejusque hæredibus, *actio* (1) *Actio ex testamento* directa (*si testamento*) & utilis (*si codicillis ex Testam. vel ab intestato Fideic. est relictum*) adversus hæredem, ut *Subj. Act.* res hæreditarias, Fideicommissio sibi relictas, restituat. *Subj. Pass.* Notanter dixi: *post aditam hæreditatem*: non antè. Est enim actio hæc personalis, cujus fundamentum non nisi hæreditate aditâ progerminat. Quippe quòd hæres ad-  
*Forma Theor.*  
undo demum contrahere quasi videatur. §. 5. *J. de obl. ex quasi contr. latè* COVARRUV. C. Rainutius. §. 10. n. 4. f. 357. *Form. Pract.* TUSCH. Tom. 3. concl. 227. n. 1. 2. f. 445. concl. 274. f. 473. lit. F. (1.) *For. Comp.* Ventilari autem potest hæc actio non tantum coram judice ordinario; sed & Arbitro, eoque tum voluntario, C. 18. *X. de Testam.* tum necessario. Ordinarius est vel domicilii, vel contractus. De foro domicilii curiosè nimis ut  
*1. Domicilii.*  
scrutemur, vacaneum erit. Appello testem Jctum in l. 50. §. 2. ff. de Jud. sed *Et*, ait, *rescriptum est, ut illic Fideicommissum petatur, ubi domicilium heres habet.* Testatoris verò domicilium hoc in judicio competentiam fori non constituit. Prout ex BARTOLO, BALDO, & ANGELO refert PEREGRIN. art. 53. n. 2. f. 871. *Non obst. l. 19. ff. de Jud.* Per  
*2. Contractus.*  
contractus forum intelligitur hæc in materiâ tam locus aditæ hæreditatis, quàm destinatæ solutionis. l. 50. pr. ibiq. GLOSS. ff. de Jud. l. 51. 52. ff. eod. ANTON. MATTH. de Judic.



*Ampl.*

*D. 4. tb. 23. p. m. 63.* Idque procedit sive in loco hæreditatis adita reperiatur hæres, sive non. Etiam si enim Reus in foro contractus, ni præsens sit, conveniri nequeat; *l. 19. ff. de jud. C. 1. §. contrabentes. X. de Foro compet. BACH. V. 1. ad TREUTL. D. 4. tb. 2. (d) p. 142. CARPZ. Proc. Tit. 3. art. 2. §. 2. f. 86.* attamen, cum in jus vocatus hæres in loco, ubi adita est hæreditas, autoritate testamenti aut legis regulariter ex hæreditate bona acquirat, concludendum puto, eum citatum venire, petitionique actoris, ni bona possideri pati velit, respondere obligatum esse. *arg. l. 19. §. 1. de Jud. l. 19. 1. de in jus voc. Diff. PEREGR. de Fideic. art. 53. n. 7. f. 872.* Quod si verò nulla omninò bona, neque ex dispositione hominis (ut institutione) neque ordinatione legis (ut Trebellianica) ibidem bona habeat, verissimum utique est, præsentiam hæredis requiri. Porrò sicut omni, qui agit, intentionis suæ fundamentum probare incumbit, *l. 19. C. de probat. l. 9. C. præscr. long. temp. l. 9. C. de Except.* ita ut, actore causam, qua nititur, non probante, Reus absolvatur: *l. 4. C. de Edend. l. 1. §. quod autem ait. ff. Ne quid in flum.* Ita quoque duo hic occurrunt capita, quæ ab Universali Fideicommissario debent monstrari. Alterum est, sibi Universale Fideicommissum ex hæreditate deberi: alterum, res, quas petit, in bonis testatoris fuisse. *conf. TUSCH. Tom. 3. concl. 233. f. 446. concl. 278. n. 17. concl. 279. f. 478. lit. F.* De prioris articuli probatione præcedenti capite jam satis diximus. Quibus annecto, quòd, si Testamento, Epistolâ, vel aliâ quavis scriptura Fideicommissum sit relictum, quarum tamen apprehendendarum copia dolo aut culpa hæredum Fideicommissario non est, quòd, inquam, à iudice decen-ter implorato hæredes cogi possint, ut Tabulas illas testamenti, sive perfectæ sint, sive imperfectæ, *l. 1. §. 5. ff. de Tabb. exhib. Non obst. l. 6. pr. ad L. Corn. de Fals. apud Præto-*  
rem.

(2.)  
Probat.  
(1.)  
necess.

(2.)  
Obj. et.



rem exhibeant. *t. t. ff. de Tab. exhib. Magn. Dn. STRUV. Ex. 45. tb. 46.* Quanquam Fideicommissarius juramentum calumniae subire prius teneatur. Et ita in facto respondit Facultas Jur. Jenens. Mens. Jan. 1680. ad Conf. Fr. A. S. C. Endlichen was die dritte Frage betrifft / weiln ihr nach inhalt der Documenten sub lit. A. und B. selbst gestehet / daß ihr das concept des Testaments eures seel. Ehemannes zwar in Händen hättet / solches aber noch zur Zeit heraus zugebē Bedencken trüget. Nachdem aber doch solch Testament zur Erörterung der Sache dienet / send ihr dasselbige zu ediren gleichwohl aber auch Klägere das Juramentum Calumniae zuvorhero abzulegen schuldig. *B. R. W.* Posterius verò probationis membrum, quomodo sc. probari perfectè possit, res in bonis testatoris fuisse, expandit *latissimè* PEREGRIN. *art. 44. f. 687. ad 701* Et hisce duabus positionibus ea, quā par est, ratione probatis, non potest non sequi restitutio. Quæ est vel *Realis*, quando fiduciarius hæreditaria bona expressè vel tacitè Fideicommissario tradit; vel *verbalis*, quando præsentis verbis, vel absentis per nuntium aut epistolam restituit. *l. 37. ff. ad SCt. Treb. HARPR. V. 1. D. 29. tb. 9. SCHNOB. D. Pand. 18. tb. 7. Realis* iterum, vel *hominis*, vel *legis*: de qua divisione, ejusque usu PEREGRIN. *Art. 2. n. 53. 54. seqq. p. 21. seqq.* Subjectum restitutionis activum est hæredis persona, vel ejus successor. *l. 40. §. 1. ff. ad SCt. Treb.* Item pater loco filii, dominus loco servi, *l. 1. §. 10. eod.* curator loco furiosi. *l. 35. ff. eod.* Pupillus autem ipse, tutore tamen autore, debet restituere. Solus verò tutor, nisi pupillus infans sit, vel absens, nullatenus admittitur. *l. 37. §. 1. ff. ad SCt. Treb. ibiq. GLOSS.* Minoris tamen restitutio sine Curatore valet. *l. 1. §. 14. ad SCt. Treb. & ALEX. de IMOLA eod. n. 3. f. 95.* Quid de uxore? virgine? vel viduâ? Necessaria non est cura-

Actionis  
Objectum  
Restitutio  
ubi (1)  
Species.

2. Subj.  
Act.



3. *Subj. Pass.* curatoris autoritas ad restitutionem. Multò minus necessaria est ad receptionem. vid. BARTOLUS, CASTRENSIS, & ALEXANDER *in l. 41. ff. ad SCt. Treb.* Sed si pupillo sit restituenda hæreditas, non posse sine tutoris autoritate restitui constat. *l. 37. §. fin. ad SCt. Treb.* Est enim Fideicommissariæ hæreditatis acceptatio non debiti modò liberatio, verùm etiam hæreditariorum onerum successio. *l. 38. ff. SCt. Treb. GLOSS. eod.* Procuratori verò absentis Fideicommissarii restitui posse certum est. *l. 11. §. 2. l. 66. §. 1. ff. ad SCt. Treb. BARTOL. in l. 37. eod. n. 2. f. 389.* modò speciali, aut æquipollente mandato sit instructus. TESSAURUS *Decis. 155. n. 2. f. 171.* MARCI *Decis. Parl. Delpb. 2v. 404. P. 1. n. 10. f. 261.* Idque sive pater, sive filius, sive frater, sive maritus, sive socius, sive aliæ cognatæ personæ, Procuratorio nomine restitutionem petant. Adeò ut, licet cautionem præstare prompti sint; speciali mandato verò destituti, nihilominus repellantur. Quanquam enim recensitæ personæ, præsumptione mandati munitæ, si caveant de rato, regulariter admittantur: hoc tamen in causâ, quæ speciale mandatum requirit, ut præsens, non procedit. *arg. l. 27. pr. ff. de Min. BRUNN. in l. 1. C. de Proc. l. 2. C. de consort. l. 7. C. de reb. cred.* Cœterum si Fideicommissarii absentis voluntas evidenter ex mandato non constet, cautione rati Procurator debet admitti. *l. 66. §. 1. ff. eod. ibiqz BARTOL. f. 394. & GLOSS.* Subjacent verò restitutioni Fideicommissi Universalis omnia omninò bona, quæ ad institutum hæreditario jure pertinent, & in bonis defuncti, cum diem ultimum obierit, fuerunt. *Magn. Dn. STRUV. Ex. 36. tb. 21. HARPR. V. 1. D. 29. conf. TUSCH. Tom. III. Concl. 236. f. 447. ubi agit de iis, quæ ante restitutionem deduci possunt.* Item venit, quod per jus accrescendi hæreditati accedit. Ratio: quoniam illa pars non personæ, sed portioni accrescit. BAR-

(4.)  
Objectum  
1.  
Positive.



BARTOL. l. 1. ff. de Acqv. her. n. 2. f. 185. & ad l. 82. ff. eod. f. 200. In terminis SCHNOB. D. 18. tb. 8. MOLINA de J. & J. T. 1. Tr. II. Disp. 188. n. 1. f. 797. Gomez. Tom. 1. Cap. V. num. 19. HARPR. V. 1. D. 29. tb. 12. BARTOL. in l. 3. §. quidam. ff. ad SCt. Treb. n. 7. f. 382. Item legata l. 8. C. de SCt. Treb. Item jus Patronatus COVARRUV. Var. Resp. l. 2. C. 18. n. 8. Diff. MOLINA c. l. f. 799. De prælegatis quid dicendum? Quamquam voluntatis magis, quam juris hæc sit quæstio; concludimus tamen, quòd si rogatus sit hæres restituere hæreditatem simpliciter, certum est, prælegata quoque debere restitui: secus & si determinata saltem hæreditatis pars ab eò sit relicta. Magn. Dn. STRUV. Ex. 36. tb. 21. AZO in summ. C. ad SCt. Treb. n. 25. f. 669. GOMEZ. Tom. 1. C. 5. n. 18. f. 60. SCHNOB. D. Pand. 18. tb. 9. PEREGR. de Fid. art. 7. f. 102. seqq. ubi Except. Non veniunt (1.) Dos. Magn. Dn. STRUV. Ex. 36. tb. 21. SCHNOB. D. 18. tb. 10. sive jam à patre data, sive pro-  
missa tantum sit. l. 62. ad SCt. Treb. ibiq. BARTOL. f. 392. JASON. in l. cum virum. C. de Fideic. n. 1. f. 173. nisi de contraria testatoris voluntate evidenter constet. l. 78. §. 14. ff. ad SCt. Treb. junct. l. fin. §. 5. ff. de leg. 2. ibiq. BARTOL. f. 275. vid. etiam SPECULATOR tit. de Instr. Edit. §. ut autem ibi: sed incidit. quæstio. BART. in l. 78. §. maritus. ff. ad SCt. Treb. f. 396. (2.) Feudum. Quippe quòd in bonis hæreditariis non censetur, sed magis beneficio domini veniat. C. un. 2. F. 45. Et quæ ad extraneos hæredes non transeunt, nec in Fideicommissi restitutionem transire solent. PAUL de CASTR. in l. 40. ff. ad SCt. Treb. n. 4. f. 262. BART. in l. 55. eod. n. 23. f. 390. JASON in Usib. Feud. n. 46. fol. 198. 199. Excipe Feudum merè hæreditarium. Hoc enim proprii Feudi indolem non retinet, sed allodialis boni naturam induit. Et ita communiter. (3.) Jura sepulchrorum paternorum (die Erb-Be-gräbnisse.) l. 55. pr. ff. ad SCt. Treb. Hæc enim ad alium, quam  
Negative.  
(2.) Feudum  
(3.) Jura Sepulch.



quàm hæredem transferri non possunt, ait Imp. *in l. 13. C. de Rel. & sumpt. fun.* Quod procul omni dubio, de hærede proprio, non Fideicommissario, erit capiendum. GRASS. §. *Fideic. 2. 53. f. 342. Magn. Dn. STUV. Ex 36. tb. 21. SCHNOB. D. Pand. 18. tb. 10.* (4) Fructus, & quæ pro fructibus habentur.

4.  
*Fructus.*

Ratio positionis est, quòd hæres sit rogatus alteri hæreditatem restituere. Fructus verò post aditionem percepti hæreditariis in bonis non sunt; quoniam, aditione factâ, hæreditas esse desinit. Eaquæ extenditur regula, etiamsi hæres Decreto Magistratus compulsus adierit. *in l. 27. ff. b. t. f. 387. PAUL. de CASTR. d. l. 27. §. si servum. n. 1. f. 258.*

*Exc. 1.*

Ante aditionem verò percepti, vel in hæreditate adinventi fructus, cùm hæreditatem augeant, utique debent restitui. *l. 27. §. 1. ff. b. t. l. 25. §. 1. de Usur. MOLINA de J. & J. V. 1. D. 187. Tr. 2. n. 12. f. 191. PEREGR. art. 49. n. 2. 3. ubi rat. dub. respondet.*

*Exc. 2.*

Nec dubitamus quin fructus, si ab hærede morâ facta sit, in restitutionem veniant. *l. 18. pr. BART. l. 44. ff. b. t. n. 3. f. 388. ubi de liberis primi gradus idem asserit.* In morâ verò fuisse dicitur hæres, si ad institutam Fideicommissarii petitionem ac interpellationem Fideicommissum non adimpleat. Quæ interpellatio tam est necessaria, ut, etiamsi purum Fideicommissum sit, eâ neglectâ, moram ab hærede commissam fuisse, dici nequeat. *l. 22. §. 2. ff. b. t. ibiq. GLOSS.* Quòd si ob inopinatam ac necessariam hæredis absentiam interpellare Fideicommissarius non possit, adeat Judicem, ac protestetur; aliàs ob negligentiam exigere fructus non licet. Ita in Terminis *PAUL. de CASTR. l. 22. §. si bares ff. ad Sct. Treb. n. 1. f. 256. per arg. l. 2. ff. de Naut. fren.*

*Exc. 3.*

Ecquid verò juris in his, qui antequam dies venerit, aut conditio extiterit, sunt percepti? Illos utique restituere, aut in Trebellianicam, computare hæredem oportet per *text. notabil. l. 22. §. 2. ff. ad*



*ff. ad SCt. Treb. C. Rainutius. x. de Testam. HARPR. v. 1. D. 29.*  
*tb. 15.* Tandem super fructibus Fideicommissi formata *Exc. (4.)*  
positio nostra fallit, si testator mandaverit specialiter, hæ-  
reditatem cum fructibus restitui. *l. 18. pr. ff. SCt. Treb. l. 63.*  
*4. eod.* Dixi: Specialiter, h. e. expressè. Tacita enim ac  
præsumpta voluntas, etiamsi maximè probabilis sit, paucis-  
simis casibus exceptis, haud sufficit. Qualis est, si testator  
dixerit: *Quicquid ex bonis meis ad te, Caje, pervenerit, Ana-*  
*stasia rogo restituas.* Ubi, licet fructuum mentio expressa  
non fiat, ipsi tamen rectè ac justè petuntur. Sicut in facto  
respondit Jctus in *l. 3. §. nonnunquam. ff. de usur.* Secus est, si  
dixerit: *Quicquid ex hereditate mea ad te pervenerit.* Ratio  
diversitatis est, quòd post aditionem fructus non sint ex hæ-  
reditate; Sint tamen ex bonis. Per aditionem enim fru-  
ctus non bona esse desinunt, sed hæreditas. BARTOL. in *l. 54.*  
*ff. ad SCt. Treb. n. 1. f. 390.* Itidem specialis reperitur casus  
in *l. 32. ff. ad SCt. Treb. conf.* TUSCH. *Tom. III. Concl. 277. lit.*  
*F. f. 476. GAIL. l. 2. O. 133. f. 568. GOMEZ. var. Resol. Tom. 1. C.*  
*5. n. 15. f. 59. ubi fusè de fructibus.* Quid verò hæres præstat *Culpa.*  
in Fideicommissio? Dolum, latam & levem culpam. *l. 22.*  
*§. 3. SCt. Treb. l. 74. §. 4. ff. de leg. 1. l. 58. §. 6. ff. ad SCt. Treb.*  
Adeoque si tempore belli mobilia bona, quæ in rure sunt,  
in civitatem hæres non asportat, eaque vi militum pere-  
unt, de suo restituere illa tenetur. Quilibet enim pater-  
familias in salvandis rebus suis tempore publici motûs ta-  
lem diligentiam adhibet. *Non obst. l. 15. §. 2. ff. locat.* In Ter-  
minis ALEX. de IMOLA *l. cum res. §. culpa. ff. de leg. 1. f. 33.*  
TUSCH. *Tom. III. Concl. Pract. 275. f. 474. CARPZ. l. 6. Resp. 32.*  
*f. 1328.* Hæc ita si & hæredis, & Fideicommissarii utilitas  
ex hereditate percipienda concurrat. Sin verò omne o-  
mninò lucrum hæreditatis soli Fideicommissario accedat,  
(e. g. si Trebell. non detrahitur) lata culpa tantum debe-  
tur.

G

tur.



*Casus.*

tur. Levissimam verò, ut & casum fortuitum nullatenus præstat. Excipe tamen, si in rebus Fideicommissariis casu contingencia damna ex fructibus testatoris iudicio perceptis reparari possint. Hoc enim casu, ni filius vel filia sit, BARTOL. *in l. 32. ff. ad SCt. Treb. n. 3. f. 389. & l. 44. §. sed & ff. eod. n. 3. f. 388.* ad ea resarcienda Fiduciarius obstringitur. CASTRENS. *ad l. 32. ff. SCt. Treb. f. 261.* TUSCH. *Tom. III.*

*Effectus*

*Restit. (1.)*

*Concl. 275. n. 1. f. 474.* *Effectus* restitutionis est vel *primus*, vel *ortus*. (1.) est quòd omnia jura & actiones, tam activæ quàm passivæ, tam personales quàm reales, ipso jure, & invitis creditoribus, in Fideicommissarium transeant. *l. 1. §. 4. 9. l. 16. §. 4. 7. 8. l. 45. ff. ad SCt. Treb. §. 7. l. de Fid. her. l. 8. C. de SCt. Treb. l. 1. §. 17. & fin. ff. eod. add. BRUNN. l. 1. ff. b. n. 2. CRAVETT. de leg. 1. n. 78. f. 659. JASON. in l. 1. ff. d. t. n. 1. ad §. f. 170. MOLINA de J. & J. V. 1. Tr. 2. D. 186. n. 5. f. 786.* qui elegantissimas ac penetrantes adducunt rationes. Modò Fideicommissi dies venerit. Unde si ante diei adventum, vel existentiam conditionis restitutio facta sit, nulla omninò actio, nullum omninò jus transfertur. Quoniam hæres testatoris mandatum excedens, nil quicquam agit. *l. 10. ff. ad SCt. Treb.* BARTOL. *in l. 6. §. si quis. ff. ad SCt. Treb. pr. f. 383. & in l. 9. ff. eod. n. 6. f. 384.* Planè postea quàm extiterit conditio, & dies venerit, si ratam habeat restitutionem hæreditatis, benignius est, intelligi tunc translatas in eum videri actiones *per d. l. 10. ff. ad SCt. Treb.* Diximus supra: *actiones ipso jure transire*: quod ita temperandum, si lis atque iudicium jam cum defuncto sit coeptum: Sin verò cum hærede inchoata sit actio, falsum est, ipso jure illam transire; sed, ut cessio interveniat, necessariò requiritur. PAUL. de CASTRO *in l. 1. ff. ad SCt. Treb. n. 2. f. 245. & l. 55. §. 4. f. 264. JASON. d. l. n. 8. f. 170. BARTOLUS in l. 35. ff. eod. n. 1. f. 389.* Curet itaque Fideicommissarius, ut in restitutionis  
Instru-



Instrumento non tantum restitutionis, sed & cessionis si- <sup>Cautel.</sup>  
mul fiat mentio. Hunc fortè in modum: Restituire dem- <sup>Pract.</sup>  
nach und cedere Cajo als Fideicommissario alle und jede  
hinterlassene Erbgüthere des ohnlängst entseleten Mæ-  
vii, auch alle in/aus/oder occasione dieser Erbschafft her-  
rührende Rechte/Gerechtigkeiten/Nomina &c. Quam  
cautelam tradit CÆPOLLA de Cautel. Advcc. Caut. III. n. 2.  
fin. fol. 47. Cœterum non omnia successionis onera ac  
præstationes, sed pro competenti tantum portione ad Fi-  
deicommissarium spectant. l. 2. C. de SCt. Treb. BACH. v. 2.  
D. 14. tb. 6. (a) p. 876. Effectus restitutionis ortus sunt ju- (2) Effectus  
dicia Realia ratione hæreditatis Fideicommissario compe- <sup>Remedia</sup>  
tentia. Quæ distinctim enodemus. Aut enim res hære- <sup>Realia. (1)</sup>  
ditatis possidet aliquis titulo singulari, aut universali. Pri- <sup>R.V.</sup>  
ori casu datur *Rei vindicatio*. Etiam si verbaliter modò  
restituta sit hæreditas. Quia per hanc restitutionis spe-  
ciem dominium Fideicommissarius acquirit. GOMEZ. T. 1.  
C. 5. n. 13. f. 57. Magn. Dn. STRUV. Exerc. 36. tb. 27. PAUL. de  
CASTR. in l. 1. ff. b. r. MOLINA de J. & J. v. 1. Tr. II. D. 187. n.  
8. f. 787. Antequam verò restitutio facta sit, actionis hu-  
jus usus penitus cessat. Partim, quòd dominium, tanquam  
fundamentum, nondum sit translatum, l. 63. pr. ff. ad SCt.  
Treb. partim etiam, quòd ante restitutionem res hæredita-  
tis ut universales considerentur. Rei autem vindicatio  
est rerum particularium. l. 1. ff. de R. V. add. COVARRUV. C.  
Rainutius. x. de Test. §. 10. n. 4. §. 357. TUSCH. Tom. 3. concl.  
174. n. 16. SCHNOB. D. π. 18. tb. 6. Posteriori verò concedi- (2)  
tur Fideicommissaria hæreditatis petitio; Quæ est actio  
Civilis Realis, quâ is, cui hereditas ex Fideicommissio ver-  
baliter aut realiter restituta est, adversus eum qui pro he-  
rede vel possessore possidet, experitur, ut Fideicommissa-  
rius hæres declaretur, sibi que hæreditas cum omni causa



restituatur. *vid. plur. t. t. ff. de Fid. hered. petit. Magnif. Dn. STRUV. Ex. 10. tb. 80.*

## CAPUT XV.

De

### Trebellianica.

*Causa  
Impuls.*

**S**ed quia hæredes scripti, cum aut tota hæreditas, aut penè tota ut plurimum Fideicommissis exhauriebatur, adire hæreditatem ob nullum, vel minimum lucrum recusabant, atque ob id extinguebantur Fideicommissa, Vespasiani Augusti temporibus, Pegaso ac Pusione Consulibus, Senatus censuit, ut ei, qui rogatus esset hæreditatem restituere, quartam illius partem retinere: §. 5. *I. de Fid. her.* TREUTL. v. 2. D. 14. tb. 7. (a) l. 6. §. 1. ff. ad SCt. Treb. l. 1. seq. C. eod. BESOLD. 3. Conf. 133. n. 6. f. 188. aut per errorem facti ultra quadrantem solutum repetere liceret. l. 9. C. ad L. Falcid. l. 21. l. 68. §. 1. ff. ad SCt. Treb. Et illa portio de Civili Jure quarta bonorum pars ex Trebelliano vocata. l. 1. t. t. ff. SCt. Treb. Canonico autem jure Trebellianica nominari cepit. C. Rainaldus. x. de testam. Est itaque Trebellianica quarta pars hæreditatis, ex quâ institutus hæres rogatus fuit simpliciter absq; deductione. PEREGR. art. 3. n. 2. 3. p. 33. ubi object. respondet. WESENB. π. ad SCt. Treb.

*Definit.*

Est itaque Trebellianica quarta pars hæreditatis, ex quâ institutus hæres rogatus fuit simpliciter absq; deductione. PEREGR. art. 3. n. 2. 3. p. 33. ubi object. respondet. WESENB. π. ad SCt. Treb.

*Subj. Act.*

GRASS. l. sentent. §. Trebell. 2. 3. f. 397. Fruitur Trebelliani SCti beneficio omnis omninò hæres, sive testamento, sive ab intestato universali Fideicommissis sit gravatus. d. l. 1. ff. SCt. Treb. l. 4. §. 5. C. b. t. §. 7. I. de Fid. her. Etiam hæredis (purè instituti) hæres. l. 10. C. ad L. Falcid. Quippe qui in universa fiduciarii jura succedit. l. 143. l. 175. §. fin. l. 177. ff. de R. J. ALEXAND. 2. Conf. 43. fol. 36. fin. Unde nulli dubitamus, quin etiam Fisco, fiduciario succedenti, SCt. hoc competat. l. 59. §. 1. ff. ad L. Falcid. PEREGRIN. art. 3. n. 4. fin.



*fin. f. 33.* Imò in singulis hæredibus Trebellianicæ ratio ponenda. *arg. §. 1. l. de L. Falcid.* Sed Qv. an hæres descendens Legitimam & Trebellianicam simul detrahat? Romana Jura si scrutemur, affirmativa sententia absolutè falsa est. *per l. 6. C. ad SCt. Trebell. l. 23. §. filium. ff. de ann. leg. Magn. Dn. STRUV. Ex. 36. tb. 30. & in Evolut. pr. p. 484. CÖPPEN l. 2. Obs. Pr. 158. JASON. in l. res. C. de Fideic. n. 3. f. 181. PEREZ. C. ad SCt. Treb. n. 11. GUELIN. de Jure Noviss. 2. C. 11. n. 5. fol. 130. DECIUS in l. 6. C. de Inst. & Subst. n. 3. f. 206.* Moribus verò distinctione res deciditur. Si purè ac simpliciter gravatus est filius, vel filia, Trebellianicam: Sin verò sub conditione, aut in diem incertum, utramque detrahit. Legitimam à morte Parentis, Trebellianicam à tempore restitutionis. Quò tendunt verba JOHAN. de ARNONO de Cautel. Tit. 5. Caut. 31. n. 1. f. 237. *Etsi, ait, filius sit hæres rogatus, ultrà Trebellianicam poterit detrahere legitimam, quando utriusque quartæ detractio eodem tempore non concurrant. conf. TUSCH. Tom. III. concl. 276. n. 25. lit. F. Magn. Dn. STRUV. Ex. 36. thes. 30. MOLINA de J. & J. Tr. II. D. 187. n. 5. 8. f. 190. seqq.* Et hanc sententiam sicut æquitati maximè convenientem, jure quoque Canonico disertè fundatam: ita & in pronunciando à Scabinis observatam esse docet. CARPZ. P. 3. C. 1. D. 21. n. 1. *ads.* Competit quoque quartæ partis *Subj. Pass.* restitutio, etiamsi reipublicæ hæreditas relicta, *l. 3. C. ad SCt. Treb. arg. l. 3. §. 2. ff. de L. Falcid.* aut Testamento militis in alium sit translata. *l. 1. §. 18. ff. ad SCt. Treb. Non obstat arg. l. 3. §. 1. ff. ad L. Falcid. vid. GRASS. l. sent. §. Trebell. 2. 5. n. 3. f. 102. & 2. 10. n. 3. f. 409. Diff. BART. in l. 3. ff. ad SC. Treb. n. 5. f. 381. PAUL. de CASTR. in l. 2. ff. eod. n. 6. f. 248.* Impu- *Object.* tantur in portionem illam, quæ per Trebellianum SCtum hæres habet, omnia, quocunque jure, sive legati, sive fideicommissi, sive præceptionis, sive deductionis, sive reten-



tionis, sive alio fiduciarius à testatore percepit. *l. 91. ff. ad L. Falc. ibiq. gloss.* Nec tantum res ipsæ, verum etiam fructus. *l. 18. §. 2. l. 22. §. si hæres. ff. ad SCt. Treb.* Quod posterius tamen in filiò filiave non procedit: per *l. 6. C. ad SCt. Treb. l. 36. vers. repetitione. C. de Inoff. test.* Insuper notatu sane dignum est, quòd ab imputatione Falcidiæ ad imputationem Trebellianicæ argumentum duci validè non possit. Cum ex *d. l. 91.* abunde satis eluceat, aliter in Falcidia, aliter in Trebellianica imputationem fieri. Cujus diversitatis rationem notat WESENB. *π. ad L. Falcid. & GIPHAN. ad §. 5. I. de Fideic. hæred.* Quanquam à detractioe Falcidiæ ad deductionem Trebellianicæ affirmativa consequentia, valeat: non verò negativa. GRASS. *L. Sentent. §. Trebell. Qv. 10. n. 3. f. 409.* Quocirca vulgare illud axioma: Quibus in casibus cessat Falcidia, in illis quoque denegatur Trebellianica, puræ veritatis non est; sed aliarum quoque circumstantiarum ratio longè exactissima hîc haberi debet. Quinam verò casus sint, in quibus Trebellianica non detrahatur, nunc excutiamus. Primus est si hæres invitus, (*b. e. Praetoris decreto compulsus, l. 6. pr. ff. SCt. Trebell.*) hæreditatem adiit. *l. 4. ff. h. t. l. 14. §. 4. l. 16. §. 9. l. 27. §. fin. ff. eod. l. 4. C. eod. BACHOV. v. 2. D. 14. th. 10. (c) f. 900. PAUL. de CASTR. in l. 14. §. qui compulsus. ff. d. t. n. 1. f. 251.* (2.) Si testator prohibuit illam detrahi. GRASS. *§. Treb. Q. 8. p. 405. n. 1. JOH. de ARNONO de Cautel. Tit. 5. Caut. 31. n. 2. f. 238. SCHNOB. ad π. 18. th. 13. TREUTL. V. 2. D. 14. th. 10.* Certò enim credimus, prohibitivam testatoris ordinationem de Trebellianicâ non retinendâ valere, cum GOMEZ. *T. 1. C. 5. n. 11. BE-SOLD. 3. Conf. 133. n. 79. §. 189. BARTOLO in l. 1. §. denique. n. 1. f. 380. & l. 3. ff. ad SCt. Trebell. n. 7. f. 381. CASTRENSE & alius Dd.* Eamque tam expressam, quàm tacitam. CARPZOVIVS quidem *6. Resp. 30. f. 1323.* legaliter disputat, retentionem Fal-

Contrar.

(1.)

(2.)

Fal-



Falcidiæ tacitè nunquam prohibitam censerì. Sed verò cum, ut proximè dictum, à Falcidiâ ad Trebellianicam negativè desumpta conclusio bona non sit, opinionem illam nostram haud infringit. Quod autem tacitè prohibita Trebellianica videatur, quando relictorum bonorum alienationem justis ex causis testator prohibuit, per *Nov. 119. C. fin.* JOH. de ARNON. & BESOLD. non probant. vid. *Magnif. Dn. STRUV. in Evolut. ad Ex. 36. tb. 33. (1.) f. 486.* Ut adeò rectissimè contrariam defendat sententiam CÖPP. 2. O. 158. f. 470. Admonendi tamen sumus, prohibitionem illam Trebellianicam in liberis primi gradus locum non invenire. *arg. l. 6. C. ad SCt. Treb. ibiq; SALICET. TREUTL. v. 2. D. 14. tb. 10. GRASS. Qv. 8. n. 7. f. 407. & remissivè JOH. de ARNON. tit. 5. caut. 31. n. 4. f. 238. Dissentit MOLINA de J. & J. Tom. 1. Tr. 11. Disp. 187. n. 25. 26. §. 795. & BESOLD. 2. Conf. 133. n. 80. f. 159.* (3.) Cessat SCtum in Fideicommissis ad pias causas. GOMEZ. T. 1. Cap. 5. n. 11. fin. f. 56. CARPZ. 6. Resp. 25. f. 1311. TUSCH. T. 3. Concl. Pr. 276. n. 26. lit. F. f. 475. Cujus constitutionis rationes reddit BARTOLUS in l. 3. ff. ad SC. Treb. n. 5. f. 381. & IMOLA in L. Marcellus. ff. eod. n. 3. 4. f. 98. seq. Quod fallit, si fiduciarius hæres idem piarum causarum privilegiis fruitur. Siquidem privilegiatus non utitur jure suo contra æquè privilegiatum. MOLINA c. l. n. 27. f. 796. ALEX. de IMOL. eod. n. 5. f. 99. (4.) In hæredis pœnam denegatur, si nullum Inventarium ipse confecerit. *Magn. Dn. STRUV. Ex. 36. tb. 33. PAUL. de CASTR. in l. 2. ff. ad SC. Treb. n. 6. f. 248. JASON. in rubr. C. de Fideic. Col. 2. n. 2. f. 175.* Nisi conficiendi hujus obligationem defunctus ipsi remiserit. *per l. ult. C. de Arb. tut.* JOH. de ARNON. Tit. 5. Caut. 37. n. 2. f. 241. Nec datur (5.) Fideicommissario l. 1. §. denique. ff. b. t. ibiq; BART. n. 1. f. 380. IMOLA n. 2. f. 97. ubi limitationem. PAUL. BUSIUS in l. 35. §. Fideic. ff. eod. n. 3. p. 309. Neque (6.) si intra annum à ju-



à judice definitum voluntatem testatoris hæres non impleverit. *Novell. 1. C. 1. §. 1. HARPR. v. 1. D. 29. tb. ult.* Neque (7.) si creditori hæreditas sit restituenda. *GRASS. §. Trebell. 2. 5. n. 4. f. 502.* Neque (8.) si scienter, vel ex ignorantia juris totam hæreditatem, in qua gravatus fuit, exsolverit. *l. 9. C. ad L. Falc. Auth. sed cum. ibi: Item si hæres. C. eod.* Neque tandem (9.) si testatori clam ac tacitè promiserit, incapaci hæreditatem restituere. *ULPIAN. Fragm. Tit. 2. §. 17.* Quo casu quartam illam Fiscus acquirit. *l. 59. §. ad L. Falcid.*

## CAPUT ULT.

De

### Contrariis.

1. *Lex (i) Prohibit.*

**T**ollitur Fideicommissum universale cum lege, tum facto. *Lege vel prohibitiva, vel pœnali.* De prohibitiva, sive generalis, sive particularis ea sit, subtilis dubitatio non residet. Cum, ut in primo Dissertationis capite probatum, tota Fideicommissorum indoles ac natura ab autoritate Juris Civilis descendat. Ea verò, quæ ipsa sibi quæque civitas constituit, tacito populi consensu, aut alia postea lege latâ, utique mutari possunt. *§. 11. I. de J. N. G. §. 3. I. de leg. agn. tut.* Et hanc rationem domesticam esse, cum *DECIO Conf. 519. f. 544.* rectè asseritur. Illa verò argumenta, quibus præter hoc *PEREGRINUS art. 52. n. 114. f. 857.* ad justificandam Fideicommissorum abrogationem utitur, demonstrativam conclusionem non videntur inferre. *Pœnalis* exerit vim suam per privationem: Vel quòd citrà expressam aut præsumptam testatoris hæredisque permissionem, hæreditatem jam aditam proprio ausu Fideicommissarius occupaverit: *DEC. Conf. 243. n. 3. f. 261. & Conf. 424. n. 2. f. 449.* Vel ad Fideicommissariam substitutionem faciendam testatorem coëgerit. *l. 1. C. Si quis al. test. vel ultimum*

2. *Pœnal.*



num defuncti iudicium impugnaverit. *l. 6. ff. de Acqv. l. a-*  
*mitt. hered. l. 8. §. 14. ff. de inoff. test.* CASTRENS. *vol. 2. Conf.*  
*372. n. 6. f. 173.* Quâ postrema juris constitutione innixa,  
esse videtur Cæsarea Majestas, quando d. 1. April. 1623. in  
causâ Ludovici Landgravii Hassiæ Darmstatini Actoris, &  
Mauritii Landgravii Cassellani Rei, Marpurgensem succes-  
sionem concernente, iudicavit, quòd Dn. reus omni hære-  
ditatis portione, à defuncto Landgravio Ludovico sibi col-  
lata indignus, adeoque eâ cum fructibus, à contraventionis  
tempore perceptis ac percipiendis penitus privandus  
sit. *v. plur. Acta Marpurg.* Sciendum tamen est, quòd si Fi-  
deicommissarius legitimus ob causas hæreditatis lucro ex-  
cidat, substituti ejus hæredes nullum inde damnum senti-  
ant, sed ipso jure ex speciali legis beneficio ad illos heredi-  
tas (*suo tempore*) perveniat. *Nov. 1. C. 1. §. 3. & 4. l. 17. §. 6.*  
*ff. ad SCt. Treb. l. 12. ff. de Fid. lib. 1. 3. de Interd.* Porrò ex-  
tingvuntur Universalia Fideicommissa *facto*, eoque vel *na-*  
*tura*, vel *hominis. Nature* (1.) per mortem hæredis, ante adi-  
tionem hæreditatis contingentem. *l. 14. C. de Fid. l. 27. §. 6. l. 55.*  
*§. 2. ff. ad SCt. Treb.* nisi post emanatum iudicis Decretum  
de adeundo fiduciarius decesserit. BACH. *v. 2. D. 14. tb. 8. (a)*  
*f. 882. ubi rationem:* aut aliunde appareat, testatorem volu-  
isse, à legitimis quoque successoribus Fideicommissa præ-  
stari. *Magn. Dn. STRUV. Ex. 36. tb. 26.* Est verò lequidissi-  
mum indicium Codicillaris Clausula. GOMEZ. *T. 1. C. 5. n. 8.*  
*§. 54.* Unde JOH. de ARNON. *Tit. 5. Caut. 56. n. 2. f. 23.* testa-  
tores sedulò admonet, ut in Fideicommittendo clausulam  
illam sibi maximè commendatam habeant. Sed difficil-  
limum sanè est sibi persvadere, hâc in doctrinâ, quam pro  
cautela venditat, multum utilitatis esse positum. Cum-  
primis si casum præsentem, juraque novissima respiciamus.  
Ubi, si testamento vocatus hæres adire denegat, ipse Fidei-  
com-

H

com-



commissarius jus adeundi habet. *Novell. 1. C. 1. §. 1.* Quod  
 sanè per hæredis mortem adimi ipsi non poterit. (2) Per  
 casum fortuitum. De quo cum suprà dictum, pluribus hîc  
 differere supersedeo. *Hominis facta*, quæ universalis Fi-  
 deicommissa perimunt, sunt vel *Testatoris*, vel *Fideicom-*  
*missarii*. A parte *testatoris* est *revocatio*. Est enim clari a-  
 pertique juris, in Fideicommissis posteriores voluntates  
 prioribus esse firmiores. *l. 19. C. de Fideic.* Hinc sine omni  
 pugna erit, quòd pœnitentiâ ejus, qui Fideicommissum re-  
 liquit, probatâ, successores illud præstare nunquam com-  
 pellantur. *l. 27. C. de Fideic.* Ex eò autem solo non potest  
 infirmari testamento relictum Fideicommissum, quòd  
 postea testator id valere noluerit: usque adeò, ut si quis  
 post factum prius testamentum posterius, quo illud revo-  
 cat, condere inchoaverit, sed variis fortunæ casibus impe-  
 ditus non perfecit, Fideicommissum nihilominus debe-  
 atur. Summatim, quæcunque solennitates ad constitu-  
 tionem, illæ ipsæ etiam ad destructionem Universalis Fi-  
 deicommissi requiruntur. *arg. l. 35. ff. de R. J. &* per ea, quæ  
 tradit RICHTER. *Decis. 54. fol. 366.* Imò, quoniam,  
 in Fideicommissis voluntas magis, quàm verba solet  
 inspicere. *l. 16. Cod. de Fideicommissis.* ad excludendam Fidei-  
 commissarii petitionem vel præsumpta testatoris pœni-  
 tentia sufficit. Quæ colligitur (1.) ex inimicitiis capitali-  
 bus inter Fideicommissarium ac testatorem incensis, per  
 eo DONELLI *9. C. 17. f. m. 618.* (2.) Defuncti suarum rerum  
 alienatione. TUSCH. *Concl. Pr. 285. lit. F. f. 487.* Cujus ta-  
 men rationem pro immediato positionis hujus fundamen-  
 to non agnoscimus, quòd sc. nulla censeatur hæreditas,  
 nisi alieno ære deducto; sed potius tota doctrinæ hujus e-  
 nergia in præsumpta testatoris mente ac voluntate sita est.  
 Quippe qui, si voluisset ex Fideicommissaria causa res suas  
 ad

2.  
*Testatoris*  
 (1.)  
*Hominis*  
 (1.)  
*Revoc.*  
 (1.)  
*Expressa.*

(2) *Tacita*

(1.)

(2.)



ad Fideicommissarium, prout initio constituerat, pervenire, in extraneam personam eas non transtulisset. (3) Præsumitur universalis Fideicommissi revocatio, si Fideicommissarius res, quas alienari defunctus justâ ex causa prohibuit, ausus fuit distrahere. Eos enim tantum ad Fideicommissum invitasse videtur testator, qui iudicio ejus parent. *l. 77. §. 27. ff. de leg. 2. & liberalitati testatoris semper inest conditio: si voluntati meæ donatarius satisfaciet. vid. ANTON. de PETRA Qv. 4. n. 6. f. 529. & CASTRENS. 2. Conf. 372. n. 6. f. 173.* Tandem (4.) si personæ, quarum gratia Fideicommissum relictum: si causa, modus, atque conditio Fideicommissi deficient. Et quanquam videatur accuratè non dici, Fideicommissum ob defectum conditionis extingvi, eò quod privatio præsupponat habitum, Fideicommissum autem conditionale, quoniam suspenditur, nunquam actu extiterit, multò minus itaque possit dici, illud esse finitum: Nihilominus tamen, cum hîc non tantum actuale, sed & potentiale Fideicommissi jus (i.e. spes) attendatur, utique ea, quæ diximus, omni vitiositate carent. *A (2) à parte parte Fideicommissarii tollitur itidem ejus voluntate, partim expressa, partim tacita. Patescit verò modò ex repudiatione, modò renuntiatione, modò præscriptione. De repudiatione textus est notabilis in l. 26. C. de Fideic. Admonendi tamen sumus (1.) quod is, qui Fid. semel repudiavit, etiamsi maximè velit, agnoscere amplius non possit. l. 2. ibique gloss. & Dd. C. de J. fact. ign. l. 4. C. de repud. hered. (2.) Quod repudiationis illius strictissima facienda sit interpretatio. Quò præsuppositò, necessariò consequitur, quòd unius tantum Fideicommissi repudiatio ratione reliquorum, ni maximè contingentia sint, præjudicium Fideicommissario non inferat. conf. l. 70. ff. de Acq. vel amit. her. Renuntiationem quod attinet, num per eam Fideicommissaria*

(3.)

(4.)

(1.)  
Repudiatione.

(2.) Renuntiatione.



faria obligatio extingvatur, non est, cur dubitemus. Cùm sit antiqui juris regula, omnès licentiam habere iis, quæ pro se introducta sunt, renuntiare. *l. 29. C. de pact.* Quippe quod invito beneficium non conferatur. *l. 69. ff. de R. J. conf. CASTRENS. v. 2. Conf. 102. n. 1. f. 46. & TUSCH. Concl. Pr. 286. f. 486. lit. F.* qui profitentur satis legaliter, quænam observari debeant, quò universalis fideicommissi renuntiatio de jure subsistat. Nil tamen quicquam interest, sive expressè illa fiat, sive tacitè. Cujus posterioris speciei exemplum est in *l. 11. C. de Fideic.* ubi scilicet ipse Fideicommissarius Fideicommissariorum rerum alienationi consensit. Cæterum ipse renuntiationis actus, cùm stricti juris sit, *l. ult. ff. de cond. inst. l. 7. §. 5. l. 47. fin. ff. de pact.* ultrà renuntiantis intentionem nequaquam extendatur. Hinc falsissimum quidem est, per simplicem hæreditatis divisionem Fideicommissarium debitum censi remissum. ALEXAND. *v. 2. Conf. 201. n. 6. f. 73. Conf. 208. n. 4. f. 139. vol. 7. Conf. 62. n. 4. f. 38. DECIUS Conf. 79. n. 3. f. 89.* Etiam si specialiter partes convenerint: imò sub religionis fide promiserint, divisioni non contravenire. DECIUS *Conf. 495. n. 17. f. 521. & Conf. 86. n. 4. f. 96. CASTRENS. 2. Conf. 36. n. 3. f. 19.* nisi contraria legibusque probata indicia concurrant. Quænam verò illa sint, exhibet DECIUS *Conf. 287. n. 16. 17. & Conf. 613. n. 3. f. 622.* Ecquid super pacto de renuntiando? Putamus, & illi Fideicommissi dissolvendi vim inesse. Tametsi enim gravatus hæres non directè ac ipso jure tutus sit; obliquè tamen, per exceptionem doli mali, contra Fideicommissarium poterit se defendere. GRASS. *L. Sent. §. Fideic. qv. 62. f. 347.* Quid? quod crediderim, Fideicommissarium ab hærede posse conveniri, ut actualiter renuntiet. Restat denique ultimus Fideicommissi extirpandi modus, *prescriptio.* Quæ præter bonam fidem, quietamque possessionem

(3.) *Prescriptio.*



nem longissimum requirit tempus. Idque verum est, sive ipse Fiduciarius, sive tertius, ab hærede immediatè aut mediatè possessionis causam habens, præscribat: sive communæ, sive piæ ac privilegiatæ causæ illud debeat, *arg. Const. Elect. 5. P. 2. add. MUND. vol. 2. Conf. 1. n. 54. f. 12. & MÆVIUS ad Jus Lubec. Tit. 8. n. 24. f. 502.* Tempus autem, non nisi ab impleta conditione, vel incerti diei adventu currere incipit. *TIRAQ. de Retr. §. 1. gloss. 10. n. 49. f. 184.* Qui enim ei, qui non valet agere, currat præscriptio? *l. 1. C. de annal. exc. PACIUS Cent. 1. Q. 52. p. 47.* Quod si verò quis hæreditatem fideicommissariam non à fiduciario, sed tertio bona fide, iustoque titulo acquisivit, eamve sine ulla interruptione possedit, longum tempus sufficit. Sed, annon contra præscriptionem ex causa ignorantia Fideicommissarius potest restitui? Ita quidem putat SFORTIA ODDUS, CUMANUS, CORNELIUS, GAILIUS, DECIUS, PEREGRINUS, aliique; Ast cum negantium sententia firmioribus juris fundamentis sit fulcita, communi opinione probata, praxique recepta, illam nos tuebimur, per ea quæ habet *Magn. Dn. PRÆSES in Coll. π. privat. tit. Ex quib. caus. maj. 25. & BACHOV. V. 1. D. 11. th. 17. (a) p. 445. conf. plur. ANTON. GABRIEL. l. 5. concl. 13. de præscript. f. 461. TUSCH. Concl. Pr. 289. PEREGRIN. art. 41. f. 630. ANTON. de PETRA Qv. 14. num. 238. f. 537.*

*Contr. Præscr.*

### T A N T U M!

#### COROLLARIA.

- I. Responso Prudentum hodiernis quoque temporibus necessariam auctoritatem habent: tam in Civilibus, quam Criminalibus.
- II. *L. 2. C. de Resc. Vend.* etiam in Transactione obtinet.
- III. Stellionatus crimen non infamat.
- IV. Jus Feudale Ecclesiasticas quoque personas indistinctè obligat.
- V. Feudum Soldatæ à Feudo Cavenæ realiter differre, rectius asse-
- VI. Feuda Regalia divisionem non recipiunt. (ritur.
- VII. A Patre alienata Feuda neque communi, neque Saxon. Jure filius revocare potest.
- VIII. In Judicio Feudali Reconventioni non est locus.



Ad  
Præstantissimum Dominum Mühlpsfort.

**F**los juvenum, Themidi primis devovit ab annis  
Quam Genitor, vindex nobilis ille fori;  
Patria Te leges Augustas Jena loquentem  
Majorum stupuit passibus ire parem.  
Æquabis quondam Baldos Paullosque Parentis  
Si perges dotes arripuisse Tui.

*Henr. Balth. Roth / D. P. P.*

*p. t. RECTOR.*

**C**ommittet Fidei sacra pignora Juris & æqui  
Alma tuæ, & quicquid parturit, alma Themis.  
Tu servare sciens, trades non simplice curâ;  
Ut posthac fati præmia certa feras.

*adscrib. honor. gratiâ*

*Philip. Müllerus, D. P. P.*

**E**t genus & proavos, & quæ non fecimus ipsi,  
Vix ea nostra puto: proprio contendere cursu  
Te decet, ac donis doctô invigilâsse labore,  
Quæ fidei Patrum gravidus commisit Olympus  
Ingeneranda Tibi. Sic cælo justa refundis:  
Sic Patrem, Patriam (non invida gloria!) firmat,  
Virtutum meritô propriis durare columnis.

Ita Nob. Dn. Mühlpsfort, erud. Disp. Authori & Auditori  
suo perindustrio, ad Virtutes Majorum laudabi-  
liter enitenti, gratulatur

**PRÆSES.**

*Mühl-*



**M**ÜHLPFORTI, egregios de jure tacere labores,  
Laudibus & nequeunt ora vacare tuis.  
Nostra etenim dignò celebrabunt carmine vota  
Te, quem Cultorem sacra Themis vocitat.  
Votò rem dicam: sic in Te patria virtus  
Crescat. Sic crescet plura daturus HONOR,  
Paternarum virtutum æmulo  
MÜHLPFORTIO,  
hæc gratulab. poneb.

*Augustus Henricus Faschius, D.P.P.*

**H**Æredem fidei memorem præstare teneri  
Quæ fugerent parcas, mortuus, usque manus  
Illius voluit, dum monstras, mente animoque  
Patris Avique refers, mentem animumque Tui.  
*Nobilissimo ac Præ-eximio Dn. Mühlpfort filio paternarum  
avitarumque virtutum æmulo strenuissimo, Auctori  
hujus disputationis doctissimo votivè applau-  
dere voluit*

*Johann Jacobs, D. Cur. Prov. Sax.  
Advoc. Ordinar.*

**H**Actenus eminuit gemini mera gloria Juris  
Mühlpfortus, patrii splendida gemma Poli:  
Nunc etiam Gnatus canones & civica Jura  
Induperatorum nocte dieq; terit.  
Maðte istis ausis, magnumq; imitare parentem  
Atque tuo generi sic decus adde novum!

Gratulab. scribeb.

*J. Frischmuth / P. P.*

Fata



**F**œta diu Virtus tandem protrudere gemmas  
Incipit, & pulchro ludere fronde solo:  
Scilicet egregii meditando stemmatis ortum  
Surculus in similes surgit honore comas,  
Non apinas gignens, cultusve haud digna labore  
Nec *Patris* nec *Avi* nominis augurio;  
Quin potius monstrare suis absconsa medullis  
Dona bonæ mentis, Clarius esse putet.  
Stringat, sic voveo, laurus cum bacchare germen  
Quod largo fructu luxuriare juvat.

*Ita Nob. Dn. suo Affini, de egregia Dissertationis compilatione gratulari volebat, debebat, Cultor Ipsius ingenuus*

P. H. Tilemann.

---

NOBILISSIMO CLARISSIMO QVE  
DN. RESPONDENTI  
ERUDITÆ HUIUS DISPUTATIONIS  
A U T O R I  
AD SOLIDAM FELICITER GRASSANTI  
GLORIAM.

**E**T *Svada* & *Juris* præclara scientia dudum  
Te doctis fecit perplacuisse *Viris*.

*Progredere, indomitus quò Te Tuus abripit ignis,  
Fata viam invenient, fama que splendida erit.*

*Mmque vovit.*

Joh. Christian Schroeter.

---

**G**Ratulor ex animo, nec non exopto, Supremus,  
MÜLPFORTI studiis ductis insigniter adstet!  
Quo possit dulces illorum carpere fructus.

*Hanc amoris ac benevolentie tesseram Amico fidelissimo adjiciebat*


Christophorus Fridericus Bienenel/

Ph. ac LL. Stud.












ULB Halle  
005 132 541

3



WONA











Farbkarte #13

B.I.G.

1680, 16 20

IO LEGALIS  
OMMISSIS  
SALIBUS,

Quam  
E NUMINE

S I D E  
I R O

ue Præ-Nobilissimo

AO CHRISTO-  
LYNCKERO,

onsiliario Ducali Saxonico, An-  
ore, ut & Curia Provinc. Scabinatûs  
ica Assessore gravissimo,  
orum suorum Promotore perpe-  
cultu atatem profe-  
uendo,

litorum examini

bjicit

T O R  
ERONYM. Mühlport/  
N E N S.

Mart.  
M DC LXXX.

JOHANNIS NISL.